



~~9 Bl~~

~~in~~

~~3 au~~ ~~sp 999~~ ~~a~~

~~zu~~ ~~009~~

~~4~~

~~Angelbündenes~~

~~11.~~

~~Be~~

NEXUM  
pariter atque  
**DIFFERENTIAM**  
**VIVAE**  
ET  
**OPEROSAE**  
**FIDEI,**

AD CONFIRMANDAM  
VERITATIS EVANGELICÆ

**ΑΚΡΟΠΟΛΙΝ,**

amovendamque  
ab Ecclesiis γνησιως Lutheranis,

**FIDEI**  
**MORTUAE**

vel suspicionem vel inculpationem,

ex SS. Lit. Pandectis & LL. Symbb.  
demonstrat

**JOANNES JACOBUS Janßen,**

S. S. Theol. D. Past. & Sup. Haynæ-Comitum.

DRESDÆ & LIPSIÆ,  
In Officina Hilscheriana, 1730.

MIXXII  
CANTO TERTIUS  
SUMMO SOSPITATORI  
**JESU CHRISTO**  
UNI DOMINO,  
ÆTERNO, ÆTERNI  
**PATRIS, FILIO,**  
ipissimo DEO,  
NEC NON  
**ECCLESIAE**  
γνωστας Lutheranæ,  
**SPONSÆ IPSIUS**  
hoc quidquid est laboris  
S A C R U M  
esse jubet  
devotissimum,  
A U T O R.



יְנֵצֶן

## PRÆFAMEN.

§. I.

יְהוָה עַニִיר הַלּוֹא לְאָפָונָה:

**O** JEHOVAH oculi tui, nonne in fidem  
(intenti?) Ita Jeremias cap. V, 3. O  
salutarem homini vocem! Quod si  
enim solam attendit fidem supre-  
mus rerum arbiter Deus; non est,  
quod de peccatorum venia, desperet homo, pec-  
catis quamlibet inquinatus. Neque aliam, viri  
θεοπνευστος, vel doctrinam vel consolationem,  
fortius inculcarunt. Credite Evangelio! ipfius  
Salvatoris vox est Marci I, 15. Quidni ejus mi-  
nistri eandem resonent? Hinc Paulus, cum  
socio Sila, carceris sui Præfecto; crede in Do-  
minum Jesum, ita ὅτι τὸ δωματίου σαλβατίμινον.  
Act. XVI, 31. Qui enim credit in eum, qui impios  
justificat, ei, sua imputatur fides, in justitiam.  
Rom. IV, 5. Nimirum justus ex fide sua, vivet.

A 2

Habac.

*Habac. II, 4. Qui vero non credit, jam judicatus est. Joh. III, 18. imo damnatur Marc. XVI, 16. Quippe sine fide Deo placere impossibile est. Hebr. XI, 6.*

§. 2. Tam salutare, de salute nostra, Dei consilium nobis erupturus *Satanas*, & ipse, *in fidem, intentos habet oculos.* Æternis scilicet flammis mancipatus, catenisque tenebrarum, nunquam dissolvendis, ligatus, quod, ex pœnarum fine, non potest, ex sociis, solatum quærat. Suas inde arimat cohortes, & quidquid, potestatibus infernalibus, virium inest, colligit, ut & eam, *quaæ creditur, & eam, quaæ credit, fidem tollat.* Tanta inde errorum vitiorumque colluvies, vel in ipsam Ecclesiam, confluit, *ut ipse Christus, ad judicium venturus, vix fidem inventurus sibi videatur. Luc. XVIII, 8.* Paulus inde doctrinas dæmoniorum *1. Tim. IV, 1.* *¶ tempora impietatis plenissima, diem παντοκριτικον, immediate, antecessura scribit. 2. Tim. III, 1.*

§. 3. Eventus vaticinium, nostris, eheu! temporibus implet. Tot scandala, tot impietatis larvæ, *μορφωσιν ευσεβειας εχοντες, δυναμιν αερησαντες. 2. Tim. III, 5.* seu potius tot, Christiani nominis, carcinomata apparent, ut alios omnem navare operam, ne pii videantur; alios videri, quam esse malle, non abs re statuas.

Atheos

Atheos utrumque hoc hominum genus dixeris, qui, quem ore profitentur, factis negantes Deum Tit. I, 16. Christi nomen hostibus ludibrio exponunt atque prostituunt. Rom. II, 24.

§. 4. Neque professioni fidei parcitur. Quid in Theologiam Exegeticam, Acroamicam, Polemicam, Technologicam, hactenus tentaverit, angelum lucis mentitus satanas, vix posteri, si qui futuri sunt, credent. Per omnes, Evangelicæ religionis, articulos, & astus & impetus τε μυριοτεχνίτες monstrari possunt. Videamus, sentimus, ingemiscimus. Neque tamen, tanto malo, videre hactenus remedium licuit. Vel ipsa, de fide justificante, doctrina, απειπόλις nostra, documento sit. Qui opera, ex justificationis articulo, eliminant, fidei mortuæ professores & defensores audiunt. His, qui sibi meliores videntur, operum, si non meritum, in ipso justificationis actu; tamen, præsentiam vel defendunt, vel plane necessariam faciunt.

Facilis inde conclusio, in actu justificationis, necessaria esse bona opera. Quod si verum, sine bonis operibus nemo justificatur. Eandem ergo, quæ dudum in Epitom. Artic. controv. Art. III. thes. negativa XI. rejecta est, absque bonorum operum præsentia, hominem justificari non posse, adeoque bona opera esse

*conditionem justificationis sine qua non, denuo  
obtrudi, patet. Quanta inde Ecclesiæ Evange-  
licæ prostitutio, cui nota inuritur, inconstantis  
doctrinæ; quantum odium partium; quanta  
fenestra, vel ad Epicureismum vel Phari-  
sæismum, patefiat; imo quæ, Pontificiis erro-  
ribus, via sternatur; vel me tacentे, patet.  
Pii omnes mecum Ecclesiæ fata dolent, &  
quidquid sanando vulneri possunt, pro virili  
conferunt. Mihi hoc studium fidei justificantis  
naturam, vivæque & operosæ tam nexum,  
quam differentiam, ex S. Codice & LL. Symbb.  
explicandi laborem injunxit. Ut veritas enu-  
cleatius pateat, brevibus seu positionibus, seu  
aphorismis, catenæ in morem, sibi invicem  
connexis, rem omnem confidere studebo.  
*Deus, cuius opus fides est. Joh. VI, 29.* Spiritum  
fidei & illuminatorem & manuductorem con-  
cedat largiter!*

APHOR.

## APHOR. I.

*Fidem justificare scriptura dacet.*

§. I.

**Q**VOTQUOT, à Christo, denominantur Christiani, aphorismum concedunt. *Verbum certe Dei est: fides justificat.* Ipse OSORIUS, è Pontificio-  
rum schola, clamat. *Conc. II. Dom. XXIII. post Pentec.*  
Inter nos vero, proh dolor! repertus est, qui scribat:

*Negari non potest, commodiorem esse loquendi formu-  
lam, nos fidei justificari, quam fidem justificare nos.  
Nam a) ne dicam, priorem esse Biblicam, cum poste-  
rior NB. tantum sit Ecclesiastica, & Spiritus S. optime  
sciat loqui de mysteriis. b) Prior fidei, qua justifica-  
musr, non videtur ullam actuositatem tribuere, sic uti  
etiam, in actu & negotio justificationis, passive aut  
relative sonat; ita posterior fidei actuositatem tri-  
buere videtur. c) Prior solum Deum glorificat, ut  
justificantem, fidem vero tantum ut medium & in-  
strumentum agnoscit, per quod justitia recipiatur &  
homini applicetur. Posterior vero vim justificam  
videtur fidei adscribere. d) Unde prior simplici  
sensu accipi potest, hominem justificari fide, vel ob-  
jectiva, Christi merito, & quo illud offertur & conser-  
tur, verbo Evangelii, vel subjectiva, dum ea, tanquam  
medio, ad se applicat justitiam Christi. Nam utro  
modo capiatur, nihil periculi est, ne quis, hereticus  
fraudis ansam querat. Posterior autem, cum justi-  
ficandi actum de fide prædicet, avide ab Arminianis  
arripitur, qui fidem in negotio justificationis dicunt,*

A 4

esse

*esse actum, quatenus includit in se totam obedientiam hominis Christiani, lege fidei, id est Evangelii prescriptam. vid. Confess. Remonstr. Apol. f. 113.* Neque dissentunt Socinistæ, qui fidem justificam pro mera fiducia, seu actu voluntatis, adeoque particulari legis observatione, habent, non pro apprehensione aut receptione talis impletionis legis. Unde & hæc justificans fides tam studiose limitanda est vel restrin- genda.

Obstupui hæc legens. Adeone, piis confessoribus, insanum fuit sinciput? ut, periculum non animadverten- tes, scriberent: *Monendi lectores, quod, sicut necessitatis est hanc sententiam tueri, quod Christus sit Mediator: ita necesse sit defendere, quod fides justificet. Apol. A.C. p. 72.* Adeone omnes deliramus, LL. Symbol. sacramento nos obstringentes?

§. 2. Sed vero, Christus scit, de mysteriis, optime loqui, & quæ Spiritus S. docet, Christi sunt. En τα ευαγγελια. CHRISTUS inquit Job. XVI, 15. Ipse autem Christus ait justificatis: η πιστις σα σεσωνε σε. Matth. IX, 22. Marc. V, 34. X, 52. Luc. VIII, 48. VII, 50. XVII, 19. XVIII, 42. Qui vero salvat, quidni justificet? Salus spiritualis, in tempore contingens, justificatio est, cum jure conjuncta æternæ gloriæ. Minus ergo est justum reddere, quam salutem & æternæ gloriæ jus dare, sic recte docet: *Celeb. Haferung. Melet. de fide oper. p. 23.* Addere liceat: *Salutis & justificationis eadem causa est,* quod operose probat. F.C. p. 694. Quæ ergo, contra phrasim: *fides justificat!* monentur, ipsi objiciuntur Christo. Ino hoc fortius Christo objiciuntur, quo plura sunt bona, quæ salus æterna comprehendit, quam justificatio.

catio. Quantum ergo, à blasphemia, absit, videat monitor, & sibi caveat velum.

§. 3. Instat tamen, phrasin ipsam, *κατὰ εγνῶν* in scriptura non legi. O acumen, a Christo non observatum, sed hebefactum! A Spiritu S. qui optime scit loqui, reprobatum! Qui locis jamjam citatis dixerat: *πιστὸς σεσωκε σε.* Idem cœcis visum, defunctæ vitam, redditurus Christus ait; *κατὰ πιστὸν υμῶν γενηθήτω.* Matth. IX, 29. *μονον πιστεύε, καὶ σωθήσεται* Luc. VIII, 50. Sic Servatori perinde est, utrum, *fide salvari nos,* doceat, an, *fidem salvare,* dicat. Eandem docendi rationem Paulus seculatur, *σετωσμενος δια πιστεως* dicens, quos *η πιστὸς σεσωκε Eph. II, 8.* Altera ergo alteram includit: Sed vero *δικαιωθηναι εκ πιστεως, δια πιστεως* dicimus Gal. II, 16. Phil. III, 19. Rom. III, 30. *πιστει Rom. III, 28.* Nimimum, quotquot *η πιστὸς εδικαιωσε.* Eadem est loquendi, eadem colligendi vis, in neutra quidquam periculi.

§. 4. Neque tamen quiescit, taxandæ phraseos innocuae, pruritus. *Christum de salute non animæ, sed corporis, locutum objicitur.* Ab hac, ad illam, non rite colligi. Sed vero objecti diversitas grammaticam non mutat. Tantum valeret, si vera esset exceptio, ex Pontificiorum & Socinianorum, eorundemque impudentissimorum, lacunis hausta, ne fordes deeslent, *την δια πιστεως τὸ χριστόν, την εκ Θεος δικαιοσύνην επι πιστει Phil. III, 9.* commendataam, conspurcaturæ. Sed vero fallitur & fallit monitor. Paralytico sanitas corporis contigit *in signum impetratae*, per fidem, *justificationis.* Matth. IX, 5. Idem leproso dabatur beneficium Luc. XVII, 19. *την αἱμορρογαστὸν Christus abire jussit εἰς εἰρηνην.*

A. 5

Marc.

*Marc. V, 34. Non autem, nisi justificati, pacem habemus cum Deo. Rom. V, 1. Peccatrici porro solam animæ salutem dedit Luc. VII, 50. Omnibus tamen & singulis dixit: οὐτισις σας σετωκε σε. Qui ergo non viderit, perinde esse, utrum fide nos justificari, an fidem justificare, quis dixerit cœcus sit oportet, & Bellarmino cœcior. Hic enim Lib. de Justif. c. X. scribit:*

*Matth. XV. Marc. VII. aperte tribuitur fidei efficacia impetrandi sanitatis. Neque responderi debet, aliud esse loqui de justificatione, aliud de curatione morbi corporalis. Nam Dominus iisdem plane verbis tribuit fidei utramque sanitatem. Peccatrici enim dixit: fides tua salvam te fecit. Luc. VII. Et mulieri curata, à fluxu sanguinis, similiter dixit: fides tua te salvam fecit.*

Sic A. C. hostes infensissimi, pro LL. Symbb. nostræ Ecclesiæ, certare coguntur, cum, e nostris, surgant, qui phrasin; fides justificat, ab Apol. p. 68. § 7<sup>ta</sup>. sq. operose defensam, pericolosam judicant, & scribere audent, ecclesiasticam esse, non biblicam, neque ante IV. Sec. auditam. Alia IRENÆO est sententia, cui fides salvat. L. II. cap. 50. quod ipsum est: fides justificat.

§. 5. Dicis: at vero agendi verbum actuositatem insinuat. Fides autem in articulo justificationis, sola relatione, ad Christum, consideratur, & in passione consistit. O quam vellem, ex animi sententia, & sincero mentis affectu, doceri, quod fides in negotio justificationis, tantum passive se habeat. Sed vero cur fides, in ipso justificationis actu, operosa dicitur, si actuosa non est? Cur fiducia, in primo justificationis actu quatuor adsignantur actus, si actuosa non est? si ab agendi suspitione abhorres? Verum hæc Aphor. XV. & XXV. expedit.

diet. Nobis, à verbo activo, nullum periculum apparet. Infelix autem est collectio, & ingens *ασυλλογιστικη*, ad actionem, à verbo activo, argumentantis. Oculus, speculum, aqua, nubes pluviosa, formas accipiunt varias, & exhibent. Cera sigillum pariter & annulum; luna radios folares; petra vocem & recipit & reddit. Arbor securim tenet. Singula haec, *non agendo*, sed patiendo fiunt. Sic fides, Christum recipit, *justificat*, *non agendo* sed patiendo. Sicerēdenti omnia possibilia *Marc. IX. 24.* Quis exciperet justificandi potentiam, *passivam* scilicet? Der Glaube ist ein allmächtig Ding, wie Gott selbst, verba sunt Theandri *T. II. Alt. p. 186.* Darum will ihn auch Gott bewehren und prüfen. Darum muß sich auch darwieder legen alles, was der Teufel vermag und kan. Hinc illæ lacrymæ. Hinc illi insultus.

## APHOR. II.

*Fides justificans, à fide, qua mera virtus primi  
præcepti est, curate est distingueuda.*

## §. I.

**I**psa Dei, & amandi quidem & colendi, notio, fidem Deo habendam, inque ipso adquiescendum, omnemque in illo fiduciam, eamque constantem, esse pondemand, docet. Sic & naturæ & scripturæ liber primi præcepti succinctam, à B. Luthero suppeditatam, explicatiōnem confirmat. Sed si justificaret fides, sic confiderata, actum esset, de justificatione nostra, pariter atque salute. Haec fides opus est, à nobis, sub æterni anathematis fulmine, postulatum. Intueatur ergo Deum, ut ens

ens infinitum, summe perfectum; ostendat animo, tanquam omnis boni scaturiginem, hominisque ipsius & conditorem & benefactorem; non tamen poterit, quin summæ simul iustitiae rigorem & videat & exponat.

§. 2. Quam vacillabit fiducia, suæ imperfectionis conscientia! Ultra conjecturas, de auxilio sperato, non adsurget, naturæ ductu. Lex insuper, *iram operando*, terret, abigit, prosternit. Nihil est, quod labantem statuminet; nihil quod prostratam erigat. Sic damnat & damnatur. Accedat Evangelium, ostendat Christum. Eundein adprehendendum lex denuo jubet. Affulget aliqua eluctandi spes. Sed ô miseram fidem, cui vires, & accedendi & apprehendendi Christum desunt! Quo major contigit gratia, hoc magis elucescit miseria. Imo suppeditentur, ex evangelio, vires, melior est virtutis conditio. Hominis tamen, hoc magis appareat corruptio. Vel optima medicamina, cum morte conflictanti, nihil proderunt, propter deficientem corporis dispositionem. Ita ne quidem, ex evangelio, suppeditatae vires perficiunt opus fidei, à lege mandatum. O si per nostræ fidei staret perfectionem, nemo salvaretur. Alia est fidei justificantis conditio. Non tantum pacatissimum sibi, sed & unitissimum, intuetur Deum; apprehendit Christum; coram tribunali Christi, appetet μετα παρεπησιας Eph. III, 12. Hebr. IV, 16. & salvatur & salvat, non sua tamen, sed Christi virtute. Nam verbis utor Apol. p. 70. *fides non ideo justificat aut salvat, quia ipsa sit opus per se dignum, sed tantum, quia accipit misericordiam promissam.* Et fides non propterea justificat, quod ipsa tam bonum opus, tamque præclaravirtus sit, sed

Sed quia in promissione Evangelii, meritum Christi apprehendit & amplectitur. F. C. p. 684. Equidein neque contritio, neque dilectio, neque ulla alia virtus, sed SOLA FIDES est unicum medium & instrumentum, quo gratiam Dei, meritum Christi, & remissionem peccatorum, quae bona nobis in promissione evangelii offeruntur, apprehendere & accipere possumus. F. C. p. 689. Hoc officium & haec proprietas fidei solius sit, maneatque, quod videlicet SOLA FIDES & NB. nulla prorsus alia res, sit illud medium, quo Dei gratiam & meritum Christi in promissione Evangelii apprehendatur. l. c. p. 691. Nunc judicet, cui judicandi facultas demta non est, & religionis cura, num probari possit, quod non nemo scribit: *sola fides, ex reliquis operibus, accipit justitiam Christi.* Si ex reliquis operibus fides justificaret, opus nostrum justificaret, contra Apostolum *non ex operibus.* Eph. II, 9. contra LL. Symb. quibus nulla virtus instrumentum est, quo gratiam Dei apprehendere possumus.

## APHOR. III.

*Fides qua virtus, notitia constat & assensu, neque semper fiduciam interdum timorem habet coniunctum.*

§. I.

**F**idei, qua virtutis Theologicae, objectum est το γνωστον τε Θεον. Rom. I, 20. Hoc reale est, si personale desideraveris, solus Deus est. Hunc natura, ex operibus, cognoscendum praebet, melius Scriptura S. docet. *Sine hac notitia, nulla fides est, quidquid Pontifi-*

cii contra dixerint, cum quibus, post debellatam pugnam, nunc non congregior. *Conf. interim Meiss. T. III. Disp. Vitenb. VII. §. 23--69. Danh. Hodos. p. 1317. 1349. sq. Calov. Exeg. A. C. Art. IV.* alios. Haustis notitiae argumentis & fundamentis, succedit assensus. Qui enim quis vera judicet, quorum veritatem non habet perspectam? Prout ergo datur Theologia naturalis, ex naturae lumine accensa; sic datur, sine *Puccianismi* & *Fanaticismi* suspicione, fides aliqua naturalis, quæ, argumentis, à natura suppeditatis, innixa, Deum & existere & remuneratorem esse bonorum, malorumque vindicem certo credat. Certius tamen multo est fundamentum, à Scriptura, positum, ipsius loquentis Dei veritas. Multo ergo plura, ex Scripturis, hausta fides & novit & credit. Quidquid nimirum scriptura docuerit, sub hanc fidem, cadit. Et quanquam non omnes omnia & singula, eadem exactione, sciant, nemo tamen, in scriptura revelatis, sine animi periculo, post acceptam informationem, contradixerit, vel fidem non adhibuerit: *Qui enim testanti Deo non credit mendacem facit eum i. Job. V. 10.* Heu nefas. Hoc sensu considerata fides summum, in assensu scripturæ verbis, præstito, gradum, attigit. *Eo quod adprehensio sc. intellectus seu notitia est quasi genus, ad sensus vero est differentia quasi specifica.* Seu illa se habet, ut materia, hic ut forma docente HABERKORN. *Syntag. III. Disp. 9. §. 7. p. 391.*

*§. 2.* Fiduciam, tertiam fidei justificæ partem, frustra, in fide sic considerata, quæsiveris. Quod si Melodius observasset, non ita, cum Pontificiis, Ecclesiæ Lutheranæ doctrinam prostituisset. *p. 384. sq.* Nam cum non

non omnia, quæ in scripturis proponuntur, spem alant, sed multæ sint tam doctrinæ, quam minæ & historiæ, quæ impios terrent, non potest quin sæpe timor incutiat, imo terror & horror illis, qui, contra Deum, nituntur. Alia e. g. sex præcise diebus totam cœli terræque machinam esse creatam, hominem ex limo, qua corpus; qua animam, ex divina inspiratione, ortum; fœminam, ex costa viri, non ex limo, productam; & sexcenta alia, quæ propter dicentis autoritatem, creduntur, neque fiduciæ, neque timori generando, nisi mediate & indirecte, inserviunt. Sed quid, in re aperta, verbis utor prolixioribus? Id tantum demonstrare volui, fidem, qua virtus, propter hanc causam, justificare non posse. Hanc si suo insignire nomine volueris, historicam, non abs re dixeris, ελεγχον πραγματων μη θλεπομενων vocat. Paulus Hebr. XI, 1. Sed de hac deinceps. Sufficit demonstrasse fidei, qua virtus est, fiduciam, non esse essentialē, sequi tamen interdum, interdum vero timorem. Veræ tamen pietatis opulentias in ea deprehendas, cum hunc timor poenæ, ne peccet, arceat; hunc benefactoris & Conservatoris Dei veneratio, ad virtutes, ducat.

## APHOR. IV.

*Fides justificans & notitia, & assensu, & fiducia, est instruta. Si qua harum deest, justifica non est.*

§. I.

**B**ellarminus, cum sociennis, fidem per αγνοιαν describat, ut doceat, quo quis ignorantior fuerit, hoc Romanae Ecclesiæ esse fideliores. Bell. L. I.  
de

*de Justif. c. 7. §. 1. & 2. Vasquez. T. 2. q. 109. c. 7.* Nihil  
hæ nugæ ad nos. *Fides non nisi cognitorum est. Rom. X,*  
*14.* Neque Christus prædicans fidem, nisi per auditum  
verbum, instillavit auditoribus. *Marc. I, 14. Luc. XXIV,*  
*19. Job. V, 36. 39. X, 37. 38. XIV, n.* Hinc Apostoli sua,  
ex scripturis probant. *Aet. XVI, n. XXVI, 22.* Hinc in  
Christum, quem audiverant & agnoverant, Samaritani  
credunt. *Job. IV, 41. &c.* Inde γνωσις, νοησις, συνεσις,  
σοφια, επιγνωσις ειδησις, & πνευματικη quidem,  
Hebræis vero רָעַ בִּנְהָה כְּכֹתָה audit. conf. *Job.*  
*XIX, 25. Ef. LIII, n. Hof. II, 20. & LXX. interpretes h. 1.*  
it. *Matth. XIII, 19. Luc. I, 77. Job. VI, 69. X, 14. XVII, 3.*  
*1. Cor. I, 5. II, 2. 2. Cor. V, 1. Gal. IV, 9. Eph. I, 17. 18. Col. I, 9.*  
*2. Tim. III, 7. Hebr. XI, 3. 2. Pet. II, 20. 1. Job. II, 4. III,*  
*14. Plura non lubet. Neque potest quin πνευματικη*  
*συνεσις audiat. Col. I, 9.* Spiritus enim S. donum est &  
fructus 2. *Cor. IV, 13. Gal. V, 23. πνευματικα γαρ πνευ-*  
*ματικως. 1. Cor. II, 13. Φρονησα δε σαρκος εχθρα τι*  
*Θεος, κηλη θανατος Rom. VIII, 6. 7.* Inde fideles  
הַלְמָדֵי וְחוֹזֶקְתָּוּ Θεοδιδάκτοι. *Jes. LIV, 13.* Hinc ille  
ελεγχος των πραγματων μη βλεπομενων, in adsensu,  
oritur. *Hebr. XI, 1.*

*§. 2.* Sed vero cum fides, qua virtus est, totum  
γνωσον τις Θεος, pro objecto, habeat, & circa omnia,  
quaæ in S. codice revelata sunt, occupata sit; eadem *qua*  
*justifica est*, angustioribus circumscripta terminis est.  
Vita enim æterna, non in notitia omnium revelatorum,  
sed in notitia Dei Patris &, quem misit, filii constituit.  
*Job. XVII, 3.* Per ejus agnitionem, justificamur. *Jes.*  
*LIII, n.* Hic proprium & adæquatum fidei salvificæ  
objectum est, *præter cujus nomen, non est quod salvet.*  
*Act. IV,*

*Act. IV, 12. Hic unicus est, Deum inter Ἡ homines, Mediator. 1. Tim. II, 5. In eum oculi collimandi, non secus ac Israelitis, in serpentem exaltatum. Num. XXI, 8. 9. Job. III, 14. Inde obiectum fidei iustificantis misericordiam promissam dicit. Apol. p. 70. promissionem, qua Deus pollicitus est, quod, PROPTER CHRISTUM, velit propitiatus esse credentibus in eum p. 76. adde p. 75. 94. Ἑc. & fides justificans, ea de causa, fides in Christum audit. F. C. 584. Ἑc. non arundini hinc inde agitatæ Matth. XI, 7. similis, non fluctuans, ad quenvis doctrinæ ventum, per versutiam astutiamque hominum, excitatum. Eph. IV, 14. Sed immobilis perstans, ut vitam potius quam Christum abjiciat, veræque, de Christo, doctrinæ confessionem. Matth. X, 38. 39. Luc. XIV, 26. XVII, 33. Job. XII, 25. 26.*

§. 3. Neque, inter hosce limites, subsistit, quæ justificat fides. Fiducia accedit necesse est, quamvis, cum Pontificiis, rideat Melodius. p. 81. 34. 379. Scriptura enim fidem υποστασιν vocat μη θλεπομενων καὶ ελπιζομενων Ebr. XI, 1. Sensum vocis, ex Scripturis, hauriamus. Quod Eliphaz Jobi XXII, 20. קַשְׁתָּה, substantiam vocat, ex plurimorum, qua Hebræorum, qua Christianorum, consensu, id LXX. υποστασιν, dicunt, qui iidem statuas Tyri Ezech. XXVI, u. hoc nomine, insigniunt, & בְּרִית מֹשֶׁה Jud. VI, 4. id, quo natura sustentatur & in vita conservatur, non minus υποστασιν vocant. Eodem vocabulo ingressum in Dei domum dicunt. Ezech. XLIII, u. Imo Patris persona, cuius χαρακτηρι filius est, υποστασις audit. Hebr. I, 3. Ut ergo fidei insit præsentissimum illud bonum, quo sustentatur, alitur Ἡ in æternam vitam introducitur homo, necessum est. Quid vero hoc,

præter ipsum Christum, fide, apprehensum? *Paulus eleemosynam Macedonibus rogatam, υποσασιν καινητης εως suæ, vocat. 2. Cor. IX, 4. XI, 17.* Quidni, eodem sensu, Christum υποσασιν fidei vocem, qui & πιστις dicitur *Gal. III, 23?* Christum enim habens, omnia habet, & spiritualia & cœlestia, bona sibi præsentissima αποκειμενα εν τοις θρανοις. *2. Tim. IV, 8. Col. I, 5.* κεκυρωμενα συν τω χριστῳ εν τω Θεῳ *Col. III, 3.* Eam autem fidei partem, quæ Christum ita sibi proprium facit atque apprehendit, quin fiduciam vocemus, non possumus. Non enim, nisi fiducia, promissionum, bona apprehendere in Christo promissa licet. Circa hoc objectum, occupata est notitia. De hoc objecto, convincitur animus. Idem hoc objectum sibi applicat fiducia, *Dei filius me dilexit, me peccatorum maximum salvaturus venit, cum Paulo, clamans, Gal. II, 21. 1. Tim. I, 15.* Qui enim ignorat, non approbat. Qui non approbat, sibi non applicat. Qui non applicat, non habet. Homo autem, merito Christi, *in quo solo salus. Act. IV, 12.* destitutus, non justificatur. Sic nulla deesse pars, salva justificatione, salva salute, potest. Hinc pii Confessores. *Promissio offert nobis oppressis peccato & morte, gratis reconciliationem, propter Christum, QUÆ ACCIPITUR, non operibus, sed sola fide.* Hæc fides non affert, ad Deum, fiduciam priorum meritorum, sed tantum fiduciam promissionum, seu promissæ misericordiae in Christo. *Apol. p. 68.* Lex ostendit iram Dei adversus peccatum, sed vincimus per Christum. *Quomodo?* fide, cum erigimus nos **FIDUCIA PROMISSÆ MISERICORDIÆ PROPTER CHRISTUM.** *p. 74. Fides donum Dei est, per quod Christum Redemptorem*

*rem nostrum in verbo Evangelii recte agnoscimus, & ipse  
confidimus. F. C. p. 684.*

## APHOR. V.

*Notitia tamen articulorum, ad salutem, necessa-  
riorum, quamvis sola non justificet, a Spi-  
ritu S. est excitata.*

§. I.

**Q**uas turbas, de irregenitorum, quos vocant, Theologia, dederit controversia, constat. O si, meliora ecclesiae fata, Deus tandem aliquando concedat! Non renovabo litigium. Materiae tame ratio postulat, ut brevibus aphorismum & ponam & confirinem. Ex scriptura orta est, etiam in impiis, notitia. Totum scripture testimonium Spiritus est. 1. Joh. V, 6. 7. Verbum Christi Spiritus est & vita. Joh. VI, 63. Nexus sic insolubili conjunctus est, verbo Divino, sanctissimus Spiritus. Docente Scriptura, docet Spiritus. Quantillum ergo illud sit, quod ex Scriptura haustum est, notitia divinæ, opus est hujus Doctoris. Quemadmodum qui vel Vacunæ litavit, vel scholam, iusto citius, deseruit, si vel unius literæ significationem aut pronunciationem didicerit, non a se ipso, sed suo doctus est magistro: sic quantillum illud fuerit, quod, de Christo, perceperit homo etiam impientissimus, à Spiritu S. ortum trahit.

§. 2. Porro conversio incipit, ab informatione, per verbum. Qui crederent, sine auditu sine predicatione? Rom. X, 14. Huic fini nemo, nisi Spiritus S. erudit. Imo si vel impius dicit Φιδονος ηγετη επιν, sive εκ

*αγαπης, αλλα προφασει Christum prædicaverit, ob  
conunctum verbo Spiritum, ob operantem, per im-  
pium etiam ministrum, Spiritus S. gratiam, Paulus  
gaudet, Phil. I, 15 -- 18. Non gauderet autem, nisi &  
veritas & bonitas notitia, cum mente divina, conve-  
nientis Apostolo pateret.*

*§. 3. Excipis fine excidere suo hanc notitiam, in  
irregenito. Perperam mones. Non omni excidit fine,  
sed ultimo tantum: Animi concitatio, voluntatis com-  
pulsio & commotio, in nemine non oritur. Num illos  
contemnere effectus, sine peccato, licet? Supprimat  
eos FELIX, DRUSILLA, FESTUS, AGRIP-  
PAS. Act. XXIV. XXVI. contemnant Dei, de salute  
sua consilium, Judæorum Pharisei & Scribæ Luc. VII,  
30. nihil inde, veritatibus auditis & perceptis, decedit,  
five Logice, five Ethice, five Metaphysice easdem con-  
sideraveris. Inno perceptarum doctrinarum veritas,  
sui contemtum, horrendo judicio vindicat. Jer. V, 14.  
Joh. XII, 48.*

*§. 4. Dicis, in impio, non habitare Spiritum S. Bene dicis, sed & Spiritus S. operatur ad eorum con-  
versionem, quos, propter malitiam, inhabitare non  
potest. Præveniens, præparans, adfistens & concomi-  
tans gratia, quæ ipsa fugientem sequitur, ad opera  
Spiritus S. pertinet. Necessum ergo est ut prius, in  
intellectu Spiritus S. operetur gratia, quam voluntas  
flectatur. Necessum est, ut prius aptetur, quam in-  
habitetur, convertendi anima. Quamvis ergo supre-  
minus desit gratiæ divinæ, per inhabitationem Spiritus S.  
gradus, non tamen primus, secundus, tertiusque simul  
negari debet. Rideres dicentem, nihil fecisse archi-  
tectum,*

tectum, qui, lignis quidem aptandis, etiamnum immo-  
retur, ædificium tamen non absolverit, nedum inhabi-  
tet. Et tibi concedam, nihil egisse Spiritum S. in eo,  
quem non inhabitet, quamvis, ad salutem erudierit.  
Non addo verbum.

## APHOR. VI.

*Præstitus, veritatibus salutaribus, assensus non  
magis justificat, quam notitia sola, sed  
tamen à Spiritu S. excitatur.*

## §. I.

**A**ssensu, Pontificii totam finiunt fidem. Illis suc-  
centuriatur Melodius p. 52. 384. seqq. Negat  
Scriptura, negant libri Ecclesiæ nostræ Symbo-  
lici. Scribunt quidem: *Est autem fides proprie dicta,*  
*assentiri promissione p. 81.* sed vero iidem scribunt: *Id*  
*est credere, considerare meritis Christi &c. p. 72.* Item  
*Fides non est tantum notitia in intellectu; sed etiam*  
*fiducia in voluntate p. 125.* Apprehendenda nimurum  
sunt, quæ Deus & docet, & promittit. Doctrina appre-  
henditur assensu, promissiones fiducia, hujus est velle &  
accipere hoc, quod in promissione offertur videlicet re-  
conciliationem & remissionem peccatorum, sunt verbæ  
*Apologiae p. 125.* Huius ergo viam sternit assensus, quem,  
ob graves, à Chemnit. LL. Thcol. T. II. p. 678. allegatas,  
causas, toties apologia fidei adscribit. Hoc ergo in-  
structus majores, in fide, profectus fecit, quam quæ  
sola, ornatus est, notitia. Novimus multa historice;  
non assentimur cognitis, nisi prægnanti ratione con-  
victi. Cum vero scriptura res proponat & promittat,

quæ sunt υπερ νν, υπερ λογον, καὶ πασαν παταληψιν,  
quis, sine Spiritu S. gratia, his assensum præbere possit?  
**Aνθρωπος Φυχικος** δεχεται τα τα πνευματος, μωρος  
γαρ αυτω εστι. 1. Cor. II, 14. Hinc **μαρια** τα πνευματος audit ipsum Evangelium 1. Cor. I, 21. Et qui possit  
homo, sibi relictus, credere, Deum, sine mutatione sui,  
incarnatum, passum mortuum? Creatorem a creatura,  
solius creatoris providentia sustentata & directa, nihilo  
minus interfici, mortique creatoris supervivere creatu-  
ram? Alia ut taceam divini consilii, de nostra salute,  
mysteria. Verbis, quæ humana docet sapientia demon-  
strationibusque, in oculos, quasi, incurrentibus opus  
est, qui ingenium, demonstrationum αποδεξαι ad-  
suetum, in suas trahere partes satagit, ut assensum im-  
petret. Exulat, à rebus fidei, quidquid humanum sol-  
licitare assensum poterit. Nulla hic est humani assensus,  
in viribus naturæ, causa; nullum principium; nullus  
finis. Quas connectere propositiones humanus non  
potest intellectus, ut contradictorias, ut sibi contrarias,  
rejicit. Et tu putes, humano assensu, res, quas sapientia  
mundi stolidas judicat, apprehendi & approbari posse?  
Simulari assensus potest, inveniri non potest. Cui  
scilicet, ex simulatione, vel commodum vel honor  
surgit, verbo approbat, quæ, animo, rejicit atheistus &  
religionis illusor. Quæ sibi fidein mereri non videntur,  
reapte, pro veris, habere non potest.

S. 2. Neque invenietur humani assensus, in re pura  
credenda, exemplum ullum. Quos enim impios, pro  
veritate divina, decertantes, allegaveris, eorum assen-  
sum esse humanum demonstrabimus nunquam. Solus  
Deus καρδιογνωσης est. Quis hominum abstrusa mentis  
scruta-

ferutatur? Ex-datis, quæ atheus falsa putat, recte colligit artis colligendi gnarus. Pro veritate consequentia decertat, quamvis præmissas ipsas, aut datum principium neget. Nonne ex adversariorum, quamvis falsis, principiis recte colligentes, ad absurdum, ducimus adversarios? Nonne argumentis, κατ ανθρωπον, magna inest efficacia? Nos tamen proinde, adversariorum hypotheses, non facimus nostras. De fide aliena, bene quidem sperare, certo decernere non datur; Par, de assensu alieno, esto judicium. Ubiunque vero verus invenitur assensus, ille à Spiritu S. est. Hic solus του ποσμου NB. TON ΚΟΣΜΟΝ ελεγχει. Job. XVI, 8. Ex illo oritur certus πραγματων, των μη βλεπομενων, ελεγχος Hebr. XI, 1.

§. 3. Sunt quidem, qui à parentibus & præceptoribus edoctæ, assentiri videntur veritati. Insigne sæpe, ab educatione, oriri præjudicium, indagandæ veritati nunc noxiū, nunc quadantenus manuductorum, non nego. Sed vero neque hos, humana autoritate nixos, veritatibus salutaribus, articulisque fidei non mixtis, assensum præbere statuerim. Vivum est & efficax, quod teneris instillatur animis, verbum. Spiritu ergo S. doctore profecerunt, in quantilla cognitione. Eundem Spiritum, vel parentum vel præceptorum labore uti, ad assensum impetrandum, quis negaverit? Gloria laboris feliciter impensi, in eum redundant, qui solus incrementum dedit, sive Paulo, sive Cepha, sive Apollone plantante & rigante i. Cor. III, 5 -- 8.

§. 4. Neque Megalander contradicit, quanquam, in aurea ad Rom. prefatione, queratur dari, qui sibi humanam quandam opinionem, imo somnium faciant,

B 4

quam

*quam fidem nominant.* Non hic attentus, sed *fidiu*ia** carpitur vitium. Ex fructibus, de hac fide, judicat. Quos eum deesse videt, vel plane contrarios deprehendit, hos fide carere, non abs re, statuit. Imo hos ipsos, falsis assentiri hypothesibus palam est. Strenui *peccato*res** se fore impunitos putant. *Sir. V, 7.* Falsum, de divina bonitate & justitia, ferunt judicium, falsam, de conditione salvandorum, fovent sententiam. Esto vere statuere Christi meritum. Impiis, etiam perseverantibus, id profuturum necesse est credant hæc carcinomata. Diabolicum hoc est evangelium, non Christi. Et talis fides *Φαντασμα* est, a Satana, effectum. Interim quæ, de satisfactionis Christi efficacia, recte sentiunt, non magis, ab assensu humano, pendent, quam ipsa hujus articuli doctrina & cognitio. *V&x illis, καπηλευκο*s* το*v* λογο*v* τ*g* Θε*g* 2. *Cor. II, 17.**

§. 5. Alia tamen historiæ, & rerum gestarum est ratio. Doctrinæ de SS. Trinitatis mysterio, Christi persona & officio, & ceteris, non assentiri Satanæ nequit. Per tot secula propriis hæc omnia intuitus est oculis, imo dominum suum experiundo, didicit. Quæ Judæi, Gentiles crucifigendo Christo peregerunt, ipsi norunt, & testes *αυτοπτα*y**, & Christicidæ vel eorum progenies. Ab his ipsis Turcæ historiam, de Christo, hauserunt crucifixo. Argumentis historicis fidem habere coguntur. Nihilo tamen minus Salvatorem & negant & oppugnant, non secus ac illi, *qui non crucifixissent, si Dominum glorie cognovissent.* 1. *Cor. II, 5.* Assentiuntur ergo historiæ, rejiciunt doctrinam; imo multa historiæ depravant, vitiant, ne doctrinæ assentiri adigantur. Grande piaculum! Horrendum crimen!

Per

Per eundem tamen historiæ præbitum assentuntur, per eadem argumenta historicæ, quibus de veritate rerum gestarum, convicti tenentur, Spiritum se insinuare Sanctum, & eorum tentare conversionem, persuasissimus sum. Prævenientis hæc gratiæ pars est. Quæ si & doctrinæ assensum impetrat, propius abesse à regno Christi, statuendum, quam eos, qui plane vel negligunt vel conculcant. Idem est CHRISTI de Phariseo iudicium. *Marc. XII, 24.*

## APHOR. VII.

*Fides historicæ, quanquam justifica non sit, salvificæ tamen neque contradictorie, neque contrarie opposita est, sed subordinata.*

## §. I.

**S**unt qui, historicam, cum mortua confundunt fide, eandemque esse eam, quam diaboli habent, assentuntur. Qui ita sentiunt, aphorisnum ut negent, necessum est, sed vero tantum abest, ut hos rem, acutangere statuam, ut toto aberrare cœlo, puteam. Rem demonstratus, ad oculum, sum. Quidquid vel salutaris doctrinæ, vel rerum gestarum facer continet Codex, sub historicam cadit fidem. Adeo, non circa solum objectum salvificum, occupata est. Quo plus historiæ sacræ & doctrinæ cœlestis quis cognovit, eo majores, in hac fidei parte, progressus fecit. Neque tamen omnia, ad salutem, sunt necessaria. Qui cognita, solido mentis judicio, adprobat, pro veris judicat, & novit historiam & credit. Assensu ergo pariter atque

B 5

notitia

notitia constat. \* Virtutis vero est, ita in sacro versari codice. Quis idem de fide dixerit mortua? Quidquid ex sacro percipitur codice, Sancti Spiritus ductu cognoscitur. *Aphor. V.* hanc veritatem, extra controversia periculum, posuit. Ad sensum veritatibus Biblicis praestitum, à Spiritu S. proficiisci. *Aphor. VI.*, demonstravit. Hujus ergo fidei autor sanctissimus Spiritus Deus est. Mortuam vero, *qua mortem*, à diabolo esse, nemo negat. Converti nemo potest, nisi qui historiam primo cognoverit, deinceps pro vero habuerit. Hinc historica fides via est, ad salvificam, quanquam objecto latius pateat. Quis hæc ponderans, fidei historicæ, salvificam opponat? Numquid non, ex accuratiore economias divinæ cognitione, minarum, pœnarum, promissionum præmiorum observatione, typorum & antitypi; umbræ & corporis, quod in Jesu Christo est, collatione, Veteris & N. T. vicissitudine proprius pensata, multum, in rem Christianam, redundat commodi? multum roboris accedit doctrinæ nostræ? Et tu hæc tanta rejicere, mortis damnare audeas. Non singula, ad salutem, necessaria sunt. Idiotæ fideles multa, sine salutis dispendio, ignorant. Non tamen, sine insigni ignominia & Ecclesiæ damno, Doctor. Ædificandæ domui Dei hæc necessaria sunt, quam quæ maxime. Et tu fidei justificæ hanc fidem opponeres vel contradictorie, vel contrarie? Noli tantum errare errorem! Noli injurius esse in sanctissimum Spiritum!

§. 2. Sed, inquis, *sunt multi impi, qui hæc omnia norint, & quidem profundius electorum, plurimis.*

Vera

\* confer *Aphor. II. & III.*

Vera sunt quæ objicis, rateror, & rateor, non nisi lugens.  
 Imo addam, esse, qui fide mortui justifica, valeant  
 historica. Hoc ipsum documento est, fidem historicam  
 non justificare, neutquam vero eandem esse cum mor-  
 tua. Sunt, qui, prævenientem & præparantem gratiam  
 nacti, altius assurgere nolunt. Sunt, qui fidei naufra-  
 gium fecere, nec tamen, à Deo ad poenitentiam non  
 sollicitantur. In convertendis *fides historicæ initium*  
*salutis est*; in lapsis & fide mortuis; *incitamentum ad*  
*redeundum cuin Deo, in gratiam*. Eos vero, qui hanc  
 gratiam præfracte negligunt, hæc ipsa fides facit *αν-  
 πολογητες*. Servus enim, qui, quam novit Domini  
 voluntatem, non facit, male vapulat, *Luc. XII, 47.* B.  
*Gerhardus o παντα rem ita edisserit: Ex fide historicæ*  
*sive ex notitia promissionum, per efficaciam Spiritus S.*  
*nascitur fiducia, que est fidei justificantis velut anima,*  
*qua promissiones divinas nobis applicamus, ac, certa*  
*animi πληροφορια, illis innitimus. LL. Th. XIX. §.72.*  
*Nimirum & historia de miraculis Iesu scripta est, ut*  
*credamus & vitam habeamus. Joh. XXI. ult.* Hinc *Apol.*  
*fides significat non tantum historię notitiam, sed illam*  
*fidem quæ assentitur promissione. p. 69. q. d.* *Fides justifi-  
 cans est bonum complexum, continet fidem historicam,*  
*sed non solam, verum & fiduciam &c.* Inde *Epit.*  
*fidem justificantem non esse nudam notitiam historię,*  
*sed ingens atque tale Dei donum, quo Christum Redem-  
 torem nostrum in verbo Evangelii, recte agnoscimus,*  
*ipsoque confidimus. p. 583.* Eodem sensu. Certe cum  
*Apostolus provocet, ad exempla priorum. Ebr. XI, histo-  
 ricam inculcat fidem, in confirmationem justificæ.*  
*Eadem utitur methodo MOSES, qui vetat ne historia,*

rerum-

*rerumque gestarum obliviscantur, sed eas suis referant,  
& filiis & nepotibus.* Deut. IV, 9. 10. Imo, DAVID, ex  
fide historica, solatium sumit, canens: *Cogitans quo-  
modo, à mundi principio, judicaveris, solamen accipio.*  
*Pſ. CXIX, 52.* Ea propter toties, in Psalmis, Deum, pro  
antiquis beneficiis, veneratur. vid. Pſ. CXXXV. CVII.  
alias. Tantum abest ut, iustificæ veniat opponenda,  
fides historica.

## APHOR. VIII.

*Fiducia, ad fidem justificantem, adeo est neces-  
saria, ut hæc sola justificet.*

## §. I.

**H**orret animus Tridentini Conciliabuli *Seſſ. VI.*  
*Canonem XII.* penitans. Lege & obſtupſeſe,  
Lector. Si quis dixerit, fidem justificantem nihil  
aliud esse, quam fiduciam divinæ misericordiæ, peccata  
remittentis propter Christum; vel eam fiduciam solam  
esse, qua justificamur, anathema ſit. Neque Satanæ,  
magis horrendum in modum, boare potuerit. Sed vero  
caveant ſibi, à detonante Apoſtolo: *Si vel angelus aliud*  
*Evangelium prædicaverit, quam prædicatum est, ana-*  
*thema ſit.* Gal. I, 8. 9. Paulinum vero, quid? Christi  
evangelium, per ſolam divinæ misericordiæ innixam  
fiduciam, peccatorem justificari docet. Rom. III, 24. ſq.  
Gal. II, 16. Rom. IV, 6. Objectum ſcilicet fidei iustificæ  
Christus est, & remiſſionis peccatorum, propter Christum,  
facta promiſſio. Haec intellectus, ex S. haurit  
codice, memoria tenet, ad ſenſus & veram & proficiuam,  
imo necessariam, judicat; ſibique non minus, quam  
aliis

aliis peccatoribus, destinata in. Jam fertur in Deum, miser, & accipere vult omnibus destinata bona. Sic Lombardus fatetur, *credere in Deum est ferri in Deum, credendo in Deum ire, credendo ei adhærere.* L. III. dist. 23. cap. 2. Huc voluntatis motus, huc fiducia est necessaria. Inde *Apol.* p. 125. *Sicut terrores peccati & mortis non sunt tantum cogitationes intellectus, sed etiam horribiles motus voluntatis, fugientis iudicium Dei: ita fides est non tantum notitia, in intellectu, sed etiam fiducia in voluntate, hoc est velle & accipere hoc, quod in promissione offertur, videlicet reconciliationem & remissionem peccatorum.* Sic utitur nomine fidei scriptura, ut testatur hæc sententia Pauli justificati ex fide, pacem habemus erga Deum. Tot sunt justificationis impedimenta, quot peccata. De me misero in promittentis bonitate & veritate collocatam, in sufficientissimo λυτρῷ fundatam, fiduciam, peribit miser. Redde hanc, & à morte ad vitam, ex desperationis confractibus ad cœlos, perduxeris. In hanc sententiam locuti sunt nostri de efficacia, qua ipsa fides per se est motus ardens, consolans, innitens Christo & vivificans, verba sunt nostrorum Principum in *Act. Ratisb.* R. III. a. ad art. V. de justificatione. Verbo, promissionis applicatio, sine fiducia σιδηροξύλου est. Repete sis Aphor. IV.

S. 2. Atque hæc sola fiducia justificat. Hanc APOLOGIA λατρεια vocat, & verbum explicat. *Cultus & λατρεια Evangelii est, accipere bona à Deo.* p. 126. *Hic cultus hæc λατρεια in Prophetis & Psalmis præcipue laudatur.* p. 70. Hæc enim sola fiducia Christum & accipit & tenet. Hæc fiducia clamat: *Meus est Christus,*

*Ami-*

amicus meus est! hunc tenco nunquam deferendum.  
**Cant. II, 16. III, 4.** me redemit Christus, **i. Tim. I, 5.**  
**se ipsum pro me dedit, Gal. II, 21.** Hæc causa est, cur  
 fidei & προσταγὴν εν πεποιθησεῖ, & πεποιθησίς &  
 πληροφορία, **Hebr. X, 21. Eph. III, 12. 2. Cor. III, 4.**  
 adscribatur. Hæc fiducia θερέψει facit **Matt. IX, 21, 22.**  
**2. Cor. V, 10.** Hæc filium prodigum ad patrem redu-  
 xit, **Luc. XV, 18.** Ex hac tanta peccatorum caterva, ino-  
 singulæ sangvinis singulorum guttulae, in Deum, in  
 Christum confluunt גַּהֲרֹן וְנֵרֶב non pudescent, **Psalms.**  
**XXXIV, 6.**

§. 3. Nihil tamen hic fiducia, qua opus est no-  
 strum, conceditur. Centurio servum, Syrophœnissa  
 filiam, leprosi sanitatem, cœci visum, omnes peccato-  
 rum remissionem, non agendo, sed accipiendo, imo  
 patiendo acceperunt. Ita cum fiducia comparatum est.  
Qui credit in eum, qui impium justificat, ei sua fides re-  
putatur in justitiam, verba sunt Pauli **Rom. IV, 5.** Ju-  
stitia nimirum CHRISTI nobis donatur per fidem, ideo  
fides est justitia in nobis imputative, **Apol. p. 125. h. e.**  
 Christi justitia, tam activa quam passiva, sit nostra,  
 per fiduciam. Sic habemus τῶν ελπίζουντων πραγ-  
 μάτων υποδοσίαν. Hoc scriptura λαμβάνει vocat,  
**Joh. I, 12. Rom. V, 11. Gal. III, 14. Hebr. IV, 16. IX, 15.**  
 Sic omnis gloria, in Christum, redundat nobis acci-  
 piendi fors relicta. Numquid non, eum **DAVIDE,**  
 immo **CHRISTO,** exclamemus. חֶלְמִים נְפָלוּ לְךָ בְּנֵי עִמּוֹתָם אֶפְנָה שְׁפָרָה עָלוּ :

Funes cediderunt  
 mihi in amœnis etiam hereditas pulcra supra me **Psal-**  
**XVI, 6.** Nam fides non ideo justificat aut salvat, quia  
 ipsa

*ipſa ſit opus pér ſeſe dignum, ſed tantum, quia accipit  
mifericordiam promiſſam, Apol. p. 70.*

## APHOR. IX.

*Fides justifica & fiducialis eſt eadem.*

§. I.

**E**st, qui nobis contrarium perſuadere tentet. Eos, qui futuri boni promiſſi fiduciam concipiunt, hac ornatos putat. Huc David regni potiundi, fiducia fretus; huc quotquot, potente Christi opera, corporis sanitatem consecuti ſunt, ab eodem referuntur. Jam non ego, aliam eſſe conditionem bona ſperantis corporalia, aliam hominis, meritum Christi, ad justificationem, adprehendentis: Sed vero *fiducia eſt fidei, justificæ velut anima.* Ita Gerhardus l. c. Hanc, à justifica separare fide, penitus eſt impossibile. Cuius vero fidei anima, in fiducia, eſt ſita, hæc rectius à fiducia nominatur, quam quæ ita comparata non eſt. Neque mihi quidem appetet, quæ fidei justificæ differentia quaſi ſpecifica, ſit, ſi fiduciam, peculiariſ fidei classem, conſtituere, à justifica diuersam ſtatueris. Ego quidem, miraculo ſanatis, miraculosam competeret fidem, omnibus fiduciam ſpeſ citius tribuerim. Eſt enim & fidei miraculosa ſua fiducia. Spei vero fiducia, in futura fertur bona. Sed de hac deinceps. Abraham numerofa promittebatur proles. Hanc credebat, h. e. fiducialiter ſe conſecuturum ſibi perſuadebat Abrahamus. Nunquid non hanc fiducialem dixeris?

Sed

Sed vero eadem hæc fides reputabatur Abrahæ, in justitiam. Quæris rationem? Prolis numerosæ *primitias*, in CHRISTO habebat, *cujus diem gavisus cernebat*, Job. VIII, 56. 1. Cor. XV, 23. Propter hujus adventum, certo creditum feminis sui augmentum non credere non poterat. Sic Abrahæ fiducialis fides erat salvifica. Quemlibet quidem suo abundare sensu, facile patior; *λογομαχεῖν* nolo, id tantum consideretur velim, si fiducialis est fides, quæ non justificat, tum concedendum, quosdam, fiduciali fide instructos, perire, non minus quam fideles Pontificiorum fures, forniciarios &c. &c. Quod quam periculose assertu sit, nemo non videt. Mecum sentit APOLOGIA, quæ, *qua promissio accipitur*, *fidem proprie dictam dicit*, p. 81. Id tantum addendum, à præstito auxilio, ad præsentiam fidei, in subiecto adjuto, non valet consequentia. Mortui à Christo resuscitati, in morte ejus non meminerant, Psal. VI, 6. Obsesus ille Gergegenus, ante acceptum liberationis beneficium, non credebat. Sic novem leprosi sanabantur, unius tantum fidem Christus celebrat, Luc. XVII. v. 20. Matth. VIII. Nam & hypocritis, & impiis, & *διψυχοῖς* multa erogantur, a Deo, beneficia, non propter illorum fidem, sed propter superabundantem & exuberantem divinam misericordiam.

## APHOR. X.

*Fiducia generalis & specialis sollicite sunt distinguendæ*

§. I.

## §. I.

**L**umen etiam naturæ docet, *qua Deus promisit,*  
*certo servaturum Deum.* Et veritas & potentia  
 divina bonitati conjunctæ confirmant sententiam.  
 Expressissimis verbis idem inculcat Scriptura *Rom. IV.*  
 22. Jam universalis hæc propositio firmiorem mentis  
 assensum nacta, fiduciæ generali substernitur. Abra-  
 hamus ita ex hac generali propositione ad generalem  
 fiduciam elevatus eandem speciali fiduciæ basim fa-  
 ciebat. Neque tamen generali fiducia salvabatur. conf.  
*Rom. IV.* Applicanda sunt bona credita subiecto fidei.  
 Summum in primis & omnibus destinatum bonum  
 (promissa propter Christum peccati remissio,) appre-  
 hendendum à singulis est, hoc beneficio gavisuris. Inde  
**PAULUS MIHI misericordia contigit.** 1. *Tim. I, 13. 16.*  
**MIHI** reposita est corona justitiae. 2. *Tim. IV, 8.* **SPIRA**  
 certe per Christi sanguinem salvari peccatores &  
 sciebat & confidebat. Sibi vero id collatum iri benefi-  
 cium non credebat. Speciali ergo destitutus fiducia  
 peribat miser. Imo ne diaboli diffidunt quidem, pro-  
 positioni, quæ peccatoribus creditibus spem vitæ  
 æternæ facit. Sibi hoc competere non posse bonum,  
 scientes, sibi quoque non adplicant. Hinc suo inclusi  
 manent Erebo. Non abs re ergo **LL. SYMBB.** *Hec*  
*fides specialis, qua credit unusquisque SIBI remitti*  
*peccata, PROPTER CHRISTUM, & Deum placatum*  
*& propitium esse, PROPTER CHRISTUM, conse-*  
*guitur remissionem peccatorum p. 68.*

C

APHOR.

## APHOR. XI.

*Fiducia et si specialis, non semper est justifica.*

## §. I.

**L**Ucem Aphorismo hactenus disputata fenerantur. Πασα γεωρη fidei historicæ objectum est. Fidei, *qua justificat*, sola de gratuita peccatorum remissione propter CHRISTUM promissio. Omnes promissiones fiducialiter apprehendendæ sunt. Nam promissio accipitur fide. *Apol. p. 69.* Qui dubitat, aut diffidit, impetrat nihil. *Jac. I, 8.* Cum vero specialissimæ nonnunquam promissiones factæ sint, de quibus, non nisi ille, cui promissæ sunt, partem capit; specialissima hic fiducia opus est. JOSEPHO liberatio ex carcere & proximus à Regio honoris gradus; DAVIDI ipsum regnum Israelis; GIDEONI victoria de Midianitis; JUDÆIS reditus ex Babylonica servitute &c. aliis alia promissa sunt. Quibus ea promissio contigit specialissima opus esse fiducia, quis dubitat? Hanc autem justificare, nemo dixerit. Sunt porro, qui, certa fiducia freti, loco cedere montes jusserrint, neque tamen justificantur. *I. Cor. XIII, 2.* Sunt, qui τερατæ fecerint, ῥητὸν δυναμεις πολλας, quos tamen Servator in suis non reputat. *Matth. VII, 23.* Sic qui ē sex eruptus periculis, in septimo non succubiturum, se certo confidit. *Job. V, 19.* eo ipso non justificatur. Neque Judas tantum prædicationi, sed & miraculis vacavit. Eos enim inter erat, quibus IN NOMINE JESU & ipsi cacodæmones erant subjecti; neque hoc magis salvabatur. *Luc. X, 17, 20.* JOSUÆ fiducia specialis-

cialissima soli lunæque imperat, neque tamen hæc ipsi, in justitiam, imputata legitur. *Quoties enim de fide justificante loquimur, sciendum est, hæc tria objecta concurrere, promissionem & quidem gratuitam & meritum Christi, tanquam pretium & expiationem, verba sunt. Apol. p. 69.* Cœteri fiduciæ sive actus, sive classes, in censum non veniunt.

## APHOR. XII.

*Alia est fiducia spei, alia fidei.*

§. I.

**P**ontificii, propriis nos contradictionum laqueis irretiri, gloriantur, quoties fiduciam fidei partem, eamque in premissam, & quasi animam à nobis constitui vel legerint, vel meminerint. *Confundi clamant, fidem & spem, intellectum cum voluntate.* BELLARMINI aliorumque sociennorum exscribere jubilos & cachinos non vacat. Dudum tamen ad hos ante victoram, triumphos ignorantiae Papistice indices à GERHARDO, HOEPFNERO, CARPZOVIIS, aliis responsum est. Hoc magis absurdus est Melodius, illorum armis militans p. 384. Pertinet utique ad sensus ad fidem, quod Aphorismus IV. VI. probarunt. Non tamen, in solo intellectu, fides residet. Pars ejus excellentissima, in voluntate est. *Aphor. VIII. IX.* id ipsum abunde, ex Scriptura & LL. Symb. testatum fecerunt. Neque solum, cum fide, ita comparatum est, ut voluntatem simul, cum intellectu, occupet. *Unum & eundem actum, à diversis habitibus, simul pendere adeo mirum non est, ut omnium virtutum perfectarum actibus*

C 2

bus

*bus id contingat, docente LUDOVICO HANSAMO  
Jesuita Græcensi, Prof. Theol. Disp. de Fide §. 45. cui  
THOMAS AQUINAS Doctor iste, si diis placet,  
Angelicus, prævivit, scribens. Oportet ut ram IN  
VOLUNTATE, quam IN INTELLECTU sit aliquis  
habitus, si debet actus fidei esse, perfectus. Sec. Sec. q. 4.  
art. 2. Nam alius actus credendi, simul cum assensu,  
affectione includit voluntatis, quatenus ea fertur in obje-  
ctum fidei, velut finem ultimum. Hansam. l. c. §. 32.  
Hinc Stapletonus Promt. Miracul. Dom. Pentec. loco 6.  
Christi interpretaturus verba: Si in Deum creditis,  
etiam in me creditis, h. e. inquit: in Deum fiduciam  
habetis & in me. Plura dabit, ex adversariis testimo-  
nia Gerb. L. XIX. §. 71. n. 12. & §. 74. it. Conf. Cathol. L.  
II. P. III. Art. 23. c. 1. Th. II. Tit. nostræ scientiæ suffra-  
gatur &c. Cum suis ergo hanc pugnam decercent opus  
est. Nos contradictionis postulandi non sumus.*

*§. 2. Verum enim vero, non soli fidei, sed & spei  
sua est fiducia: Παρεπομπαὶ καὶ πληροφορία πιστεως.  
Hebr. X. 22. 35. 38. extat, imo quod supra explicavi,  
υποσασις. Hebr. XI, 1. Datūr vero & παρεπομπαὶ καὶ  
καυχημαὶ ελπίδος. Rom. V, 2. Hebr. III, 6. X. 19. datur  
& πληροφορία τῆς ελπίδος. Hebr. VI, n. ομολογία  
ελπίδος αιλινῆς. Ebr. X, 23. Id tantum cavendum, ne  
fiducia, cum fiducia, confundatur. PAULUS accurate  
docet. Sperantes quae non vident, expectare ea, in pa-  
tientia, sperari enim non posse, que videmus. Rom. VIII,  
24. 25. Formalis ergo actus spei est, futura, sub notione  
futurorum, certo expectare. Adjunctum, sive omnes,  
est patientia. Cum enim, quae moratur spes, peccat  
angat. Prov. XIII, 12. Hinc dolori leniendum est pa-  
tientia,*

tientia, fiduciæ innixa. Cui, quo fortius substratum est fundamentum eo major competit constantia. Bona ergo corporalia speranti fiducia tanta non est, quanta illis inest, qui spiritualia desiderant. Horum enim *substantialia bona*, absolute promissa credens certissime sperare potest. *Circumstantiæ tamen & gradus eorum*, simul & bona corporalia, non nisi sub conditio-  
ne, de cuius impletione nemini satis constat, sperari possunt.

§. 3. Alia fidei ratio est. Circa non evidentia & μη Βλεπομενα versatur. *Evidentia enim rei creditæ, fidei actum tollit, recte monente. Hantsamo. l.c. §. 17.* Quæ, ex causis naturalibus, evidenter scio, credere non licet. Sed vero non omnia, circa quæ occupatur fides, futura sunt. Et quæ futura sunt, non, nisi *sub notione præsentium*, sub fidem cadunt. Nam fidei sua inest υποστασις, CHRISTUS. Qui CHRISTUM habet, omnia habet. CHRISTUS vero fidei est *præsentissimus*, tanquam Salvator, caput, vita, ceu Aphor. VIII. docuit & XV. demonstrabit. Ipsum DEUM, apprehendo *præsentissimum*, quamquam *non visum*, Job. XIV, 6. I, 18. XII, 44. sq. in quo nimur & movemur, & vivimus & sumus. Act. XVII, 28. Neque PAULUS, neque quisquam nostrum CHRISTUM, κατα σαρκα novit. 2. Cor. V, 16. quem tamen fideles inhabitare, Spiritui S. Eph. III, 17. dicenti, credimus, non minus, quam participationem, divinæ naturæ (per inhabita-  
tionis & unionis mysticæ gratiam) *non magis visam* 2. Pet. I, 4. Ipsam peccatorum remissionem, cum Deo reconciliationem, *præsentissimas*, firma mentis fidu-  
cia, tenemus, &, nisi tenemus, non habemus, sec.

*Aphor. VIII. & IX.* neque tamen Deum de tribunalis  
judicantem, vel vidiimus vel audivimus unquam. Sic  
fides, *non visorum* quidem est, *non vero mere absentium*. Quæ absunt, habet ut præsentia, cum, ex deter-  
minatione B. Lutheri, spes *rem verbi* exspectet, quam  
*fides, in verbo habet?* Imo in CHRISTO, qui & *viæ*  
*& veritas & vita est.* *Joh. XIV, 6.* ipsiusque fidei *&*  
*principium, & objectum, & finis.* *Hebr. XII, 2.* qui  
*omnia in omnibus est Col III, ii.* Adeo firmum est,  
SPIRITUS, & abba clamantis & *υρανοῖς* attestantis,  
testimonium. *Rom. VIII, 16.* *Gal. IV, 6.* *V, 22.* Huic in-  
nixa & justificationis præsentis, & salutis futuræ, cer-  
titudo est, quidquid detonent Patrculi TRIDE-  
TINI ex Vejovis Romani arbitrio. *Sess. VI. Can 13. 14.*  
*15. 16.* quos exscribere, quam pro instituto prolixius  
est. Quidquid oggianiat Melodius p. 60. *sqq.* Eam ipsam  
ob causam, *ne de revelata Dei erga nos voluntate du-*  
*bitemus, promissionem Evangelii Christus non tantum*  
*generaliter proponi curat, sed etiam sacramenta pro-*  
*misioni annexere voluit, quibus tanquam sigillis, ad*  
*promissionem, appensis, unicuique credenti promissio-*  
*nis evangelicae certitudinem, confirmat.* Verba sunt  
*F.C. p. 807.* Quotusquisque adultorum extra tenta-  
tionis statum constitutus, & attentus sui scrutator,  
hanc non habet, *αδοκιμος* est. *2. Cor. XIII, 5.* Inde  
*PAULUS, scio & certus sum οίδα καὶ πεπεισμένη* *2. Tim.*  
*I, 12.* Si enim mandato instructus regio, nondum vero  
investitus, se feudum, ex bonitate Domini feudalis,  
acepisse recte gloriatur; cur salutem, minori fiducia,  
se accepturum credat, cui Christus & verbum promis-  
sionis, & corpus suum, & sanguinem cum Spiritu S.  
tanquam

tanquam arrhabone dedit? Major profecto, quam suminorum Imperantium promissa, vel sigillo munita,  
~~καυχησεως~~ nostræ υποσασις est, 2. Cor. IX, 4. XI, 7.  
 cuius αρχη in conversione, τελος in perseverantia finali est: Hebr. III, 14. 1. Pet. I, 9. Ipse ejus finis, qua talis spei; υποσασις, fidei fiducia, tenetur. Ita objectis distinguitur & fidei & spei fiducia.

§. 4. Nunc origo utriusque consideranda. *Fides spem absolute præcedit.* Ita ex re & vero judicat THOMAS AQVINAS Sec. Sec. q. 17. art. 7. Qui, num & brutis fidei concedat, cum scribit: *Brutis animalibus etiam, ex instinctu naturali aliquam inesse futuri boni spem.* Prim, Sec. q. 40. art. 3. ii viderint, quorum interest. Fides tamen præcedit spem. Quis enim speraret, quæ non entibus annumerat, neque unquam existere posse statuit? Pueri, ebriosi, mente capti multa sperant, defectus non veritatis, documenta. Quidquid tamen sperant, se consequi posse, quainvis falso credunt. Adeo verus est prior Thomæ canon jam jam allegatus. Sed vero non omnis spes *justificam* fidem prærequisit. Humanis argumentis, fides innitur humana, hanc spes humana sequitur, argumentis saepè innixa vix probabilibus. Divina fides argumentis divinis nititur, inde & spes divinæ originis. Hæc non solo affectu, sed & virtute constat. Sed vero datur historica, datur miraculosa fides, præter eam, quæ justifica est. Cum itaque & humana fides spem gignat, quidni miraculosa pariter atque historica problem habeat suam, aliquam nimirum spem? Quidni miraculosa instructus fide speret, se per acturum miraculum, & aliquo ornatus miraculo spem concipiat,

novum priori successurum? Biblicis vero historicis fidem habens, quidni speret, aliis concessa beneficia in se quoque redundatura, promissionesque suum sortituras esse eventum? Qui historiæ, de Christo, veritatem credit, Christi quoque beneficia sibi concessum iri, sperare & potest & debet. Qui conversionis in se initium sentit, sibi quoque remissionem peccatorum contingere posse, imo erogatum iri, ante sperat, quam plane conversus est. Hæc spes fidem sequens historicam antecedit justificam, neque est, sine formidine oppositi. Hæc causa est, cur pii Confessores scribant: *Fides, de qua loquimur, (justificans) existit in pœnitentia, b. c. concipitur IN TERRORIBUS CONSCIENTIAE, que sentit iram Dei adversus peccata & querit REMISSIONEM PECCATORUM & liberari a peccatis.* Et in talibus terroribus, & aliis afflictionibus, debet hæc fides crescere & confirmari. *Apol. p. 86.* Alia spei, ex fide justificante, fluentis est conditio. Accepta peccatorum remissione & justificatione, formidinem oppositi superavit, altius adsurgit & salutem æternam sperat fortissime. Hujus πληροΦορια, καὶ αἰλιγς ομολογε, τη πληροΦορια πιστεως innifitur. *Hebr. VI, ii. X, 19. 22. 23.* Et spes gloria audit *Rom. V, 2.* ελπις της δοξης της Θεου, sed μελλοσης. *C. VIII, 18.* Hac spe salvi sumus justificati. *I. c. 24.* En utriusque fiduciæ discrimen! Quantum ergo, matrem inter & filiam, intercedit discriminis, tantum inter fiduciam fidei interest & spei, quæ ipsa ex fide, sed obstetricibus quasi patientia & experientia gignitur. Δοκιμη γαρ ελπιδα κατεργαζεται. *Rom. V, 4.*

## APHOR. XIII.

*Nihil est in fide justifica, quin sua ratione vivum sit.*

## §. I.

**C**onstare Aphorisimo veritatem arbitror. Notitia & ad sensus, effectus Spiritus Sancti sunt, per Aphor. V. VI. Verbum divinum origo est utriusque. Jam vero *vivus est sermo*. Hebr. IV, 12. Spiritus S. illi adeo conjunctus est, ut a verbo, sive recte, sive minus usurpato, separari non possit. Hinc quanta quanta Scriptura est. *Spiritus est, vita est*. Job. VI, 64. i. Job. V, 6. 7. *Semen est, et vivum et incorruptibile*. i. Pet. I, 12. 23. Inde pectus etiam impiorum pulsat. Apoc. III, 20. terret. Act. XXIV, 23. dissecat. C. VII, 54. convincit l. c. VI, 10. penetrat. Hebr. IV, 12. cogitationes dijudicat. l. c. os obturat, Tit. I, ii. Inde non tantum ad pœnitentiam invitat, sed est potentia Dei ad salvandum, Rom. I, 16. adeo ut, qui non convertitur, vel non acceperit, vel suffocaverit, Luc. VIII, 14. impedire tamen non potuerit, quo minus, seminis ad instar conculcat, ενεγρεσαν suam, si non fructibus, herba tamen propullulante demonstret. Inde notitia ad sensum, ad sensus fiduciam protrudit, ut gradus gradui non minus, quam fructus floribus, herbæ, semini, succedat, in iis, qui non præfracte resistunt. In iis autem, qui, quam acceperunt verbi particulam, conculcant, aliquis tamen ut sentiatur motus, si non eo ipso, quo auditur, momento præter opinionem tamen, occasione data, ubi *et quando visum est Deo*, A. C. art. V. Atque hæc ipsa,

C 5

audihi

audiit verbi, vita, *hominem reddit*, αναπολογητον  
*Rom. I. 20.*

§. 2. Hæc tamen notitiæ pariter atque adsensus vita, cum vita fidei justificantis, confundenda non est. Quantum interest inter vitam feminis & plantæ, vel arboris: quantum inter has & earum fructus, novarum vel arborum, vel plantarum semen continentes: tantum interest inter vitam notitiæ & adsensus, atque fidei justificæ. Illorum quasi anima est λογος συγκεντρωμενος. *Hebr. IV, 2.* quo ipso Spiritus S. tanquam medio utitur, ad procurandam regenerationem. Fides tamen salvifica, in ipsa demum regeneratione suam formam accipit vitalem. Qui ergo ex hac causa fidei, in momento justificationis, operositatem defendit Hircum mulgere merito censendus est. Scilicet credendo recipitur Spiritus S. dum recipitur, fidem facit & simul operatur, docente S. J. HAVERUNGIO, de fide operosa p. 67. Ante ergo quam recipitur Spiritus S. neque fides est justifica, neque operosa. Sed vero NEQUE NOTITIA NEQUE ASSENSUS SPIRITUM S. INHABITANTEM RECIPIT.

## APHOR. XIV.

*Quidquid honorum motuum, in homine, ante fiducialem Christi apprehensionem fuerit, documentum est. Spiritus S. ad vitam, preparantis, excitantis, operantis, subjectique, ad accipiendam vitam, quadammodo preparati & habilis, adeoque ad vitam tendentis, NON VERO FIDEI JAM VIVÆ.*

§. I.

## §. I.

**D**ari in homine, ante conversionem, motus sensusque spirituales, ex superioribus liquet. Ante calefiunt ova, quam excludantur pulli fovente gallina. Qui omnis sensus aberit homini, Spiritus incubantis, quasi & foventis calore affecti? Ita enim Spiritus aquis incubabat creator, quo simili hoc lubenter utor, quo nervosius LUTHERI effatum est. Wenn Gott den Glauben schaffet, in einem Menschen, so ist es ja so ein groß Werck, als wenn er Himmel und Erden wieder schaffte, Tom. II. Alt. p. 410. a) Aquarum autem acceptus, à Spiritu incubante calor, & cum eo connexa producendarum creaturarum habilitas, non agentium, sed patientium erat. Ita, cum productione fidei justificæ comparatum est. Conceptum in utero, semen vivum est, non tamen homo, ne dum animatus. Suas tamen ostendit vires, adeo ut & gravida mater sentiat. Non minus perceptum ab animo, verbum vivum est, producendo homini novo idoneum, non tamen fides justifica, ne dum homo spiritualiter vivens. Redeamus ergo ad creationem hominis. Corpori humano ex limo formando, ipsa Dei manus admovebatur. Parata erant membra, sibi invicem affabre & conjuncta & connexa. Addebatur נֶפֶשׁ חַיָּה & erat homo Gen. II, 7. Sic præparandus est homo, ad vitam spiritualem. Docente Spiritu per verbum, & Dei excellentia, & hominis peccatoris miseria ostenditur. Ita præparato intellectu, medium eluctandi offertur. Quod cum & necessarium & proficuum appareat, potiundi

tiundi desiderium surgit. Sed vero agnitus peccati, terror legis, horror justitiae vindicativæ, illud ipsum tantum non extinguunt. Servilis surgit timor Deum fugiens; imo & judicij & judicis odium. *Conscientia enim perterrefacta lege, fugit judicium Dei,* verba sunt *Apol. p. 66.* Ita Felici, Agrippæ, imo Caino contigit. Ita cuivis homini *Ψυχὴν.* Quid hic boni est, quod homini adscribi possit & operanti quidem? Timor terror peccati, conjunctum votum: ô si non peccassem, bona videri possent, & hæc non nemo, pro operibus bonis, ante fidem commendat scribens: *dum (convertendus) ira statum, quem horret & gratia statum, quem petit agnoscit, active se habet.* Sed vero reapse bona non sunt. Quæ enim hic hominis sunt ex timore pœnæ, imo servili oriuntur. Talis timor, cum odio conjunctus, imo cum voto Deum non esse. (*conf. Ps. XIV, 1.*) non placere tantum Deo non potest, sed peccatum est. Sensus vero iræ divinæ, hominis non actio, sed passio est. Omnia hæc indicium præbent conjunctissimæ, cum verbo divino, operationis Sancti Spiritus, & humanæ propter peccatum misericordiæ. Hæc ipsa enim effectum Spiritus S. aliorum, quam pro intentione Spiritus S. detorquet: Non tamen deserit hominem adeo corruptum sanctissimus Spiritus. Eo ipso timore, ad concutiendam peccatoris durtiem & amovendam utitur. *In infernum quasi inducit. 1. Sam. II, 6. Ps. XXVIII.* ut auxiliu animi, si quod sperari possit optet auxilium. *Non tamen potest cor vere sentiens Deum irasci diligere Deum.* Donc terret & videtur nos abjecere in eternam mortem non potest

*poteſt ſe erigere natura humana, ut diligat iratum  
judicantem & punientem. Verba ſunt Apol. p. 66.*

§. 2. Præparato tamen, ad accipiendum salutare auxilium, animo, contritione sincera, passiva, *nata ex peccatorum agnitione, triftitia Deiun detestante peccatum admissum, pudore ſuffusa, timore perterrita, comitata confessione, ut verbis utar B. Danhaueri Christeid.* pro hh. Phœnoin. 6. p. 55. *λ. a lege iram operante Rom. IV, 15.* ad Evangelium dicit. Ostendit Salvatorem humani generis, *peccatorum omnium propitiationem.* 2. Job. II, 2. Ejus amorem bonitatem, satisfactionem, obedientiam activam & passivam graphice ostendit Sic voluntas mali fugiens, boni amans, ad hujus desiderium & ſpem quadantenus adducta, ne ſua, ſibi impedimento peccata fint optat. Novam nimirum operationem Spiritus S. ſenſit, ideæ ſcilicet de bonitate Dei impressionem, voluntatis ſollicitationem & ſpei, quam ex fide historica, fluere demonstratum dedi excitacionem. Omnia hæc paſſionem arguunt ad exemplum, quo Indi incendendorum lignorum rationem, ineunt. Hi lignum ligno terebrato immissum, in gyrum agunt, & motu celerrimo circumrotant, donec calefiant ligna primum, tandem flaminam concipient. Sic ferra, ſe invicem atterentia motu celerrimo, & calefiunt, & urunt tandem. Sic cera manibus trita, ad ignem admota & liqueſcit & fluit, ſine ullo ſuo opere, ſola paſſione omnia. Sic fulcatur, occatur ager & fementi faciendæ & fructibus protrudendis fit idoneus. Sic quos vomere forte, filices pulsat agricola, ſonitus prodit, buris amovet, ſeminis excipiendi & frugium ferenda ruim impotes. *Homines nimirum agri divini ſunt.*

*Cor.*

*i. Cor. III, 9.* quos Spiritus S. colit, donec amota cordis duritie & semen suscipiant & fructum ferant. Lacrymæ, suspiria, spiritus sunt ὑπέρεντυγχανοντος. *Rom. VIII, 26.* dolor, contritio, anxietas, alege excitata ejusdem quasi fulcantis actiones hominis passiones. Inde *Apol. Fides illa, de qua loquimur, exsistit in penitentia. h.e. concipitur inter terroribus conscientia, que sentit iram Dei adversus peccata, & querit remissionem peccatorum & liberari a peccatis. Et in talibus terroribus, & aliis afflictionibus, debet haec fides crescere & confirmari. p. 86.* Quem si effectum petrae durities non admittit, neque fidem concipit justificam, neque salutem impetrabit.

## APHOR. XV.

*Vera fidei justificantis vita, in fiduciali apprehensione meriti Christi, qui solus nostra vita est, incipit.*

## §. I.

**H**Ac tenus perculsum peccatoris animum intueri licuit. Timebat poenas, imo horrebat miser. Fugit malum, optat bonum, ex suæ naturæ conditione voluntas. Quidni, de suo edocta periculo, suæ miseriæ vitandæ propositum conciperet? Non enim iam natura, sed spiritus docet, imo sollicitat & trahit, quanquam nondum vere conversum. Gerne wolt die Welt auch selig seyn, succinit Ecclesia. Quod si ergo mundi, in pravis jacentis, ea possunt esse fulpria, ex illis, vitam probari spiritualem non posse patet. Cujus vero pectus, pulsante Deo, vere contritum est audita,

audita, de salute in Christo impetranda, promissione in spem potiundæ erigitur. Animi sic præparati spes tandem in fiduciam adsurgit. Quæ ipsa, simul ac excitatur, applicatione præstitæ à Christo satisfactionis beatur. Historia Eunuchi à PHILIPPO conversi, & baptizati hunc processum statuminat. *Aet. VIII, 26.* Sic demum vitam accipit fides, tum demum justifica est, non ex suis, quas fiduciæ vacant, vel desiderandi, vel apprehendendi Christi, vel in eo recumbendi actibus; sed ex CHRISTO APPREHENSO.

§. 2. Aliam fidei vitam ignorat Christus, *Ego sum vita, inquiens Joh. XIV, 6.* Aliam ignorat Paulus, *vita mea est CHRISTUS, docens Phil. I, 21.* & gloriatus: *CHRISTUS vivit in me. Gal. II, 21.* Neque JOHANNES aliam novit vitam. *Vita inquit apparuit, vitam annunciamus, eam vitam, quam oculis usurpavimus, manibus contrectavimus, h. e. SOLUM CHRISTUM i. Joh. I, 1. 2.* Sic Christus est quasi חַיָּה fidei nostræ; sic suam fides accipit formam, non secus ac Adami corpus luteum accedente, חַיָּה à Deo inspirata. Sié intelligimus, quæ CHRISTUS monet, *sine me nihil potestis Joh. XV, 5.* De hac testatur *Apol. p. 71.* *Fides in illis pavoribus erigens & consolans accipit remissionem peccatorum, justificat & vivificat.* Nam illa consolatio est NOVA & SPIRITUALIS VITA. Vita nimurum radicaliter palmitis non est, sed vitis. Habet tamen & palmes & surculus vitam communicative, a radice, donec in vite est vel arbore. Hinc neque stillat, neque oculos agit, multo minus uvas fert, à vite separatus palmes. Nisi insertus arbori, non crescit sarculus. Num ergo ante CHRISTUM appre-

apprehensum, h. e. SINE CHRISTO, aliquid boni faceret homo, vel potentia Christum apprehendendi activa polleret, ημας υεργας συνεξωποιησε τω χριστω. Eph. II, 5. Quam primum Christo fiducia inseritur vitam habet communicativam à radice, & vite sua. Atque hoc sensu Theologi fiduciam fidei vitam dicunt, non alio.

§. 3. Objicitur quidem: quo pacto quis meritum Christi universale, ad se quoque pertinere, statuere, vel sibi sigillatim applicare & in illo recumbere possit, sine mentis agitatione, ne intelligi quidem potest, nec minus: Si fiducia apprehendit remissionem peccatorum propter Christi Redemptoris meritum, Christi meritum utique prius apprehendit, tum & remissionem peccatorum in illo fundatam & peccatori non delictum, eoque activitatem suam demonstrat. Huc actus desiderandi, apprehendendi, adhærendi & recumbendi fiducia à B. Oleario, Theol. Moral. tab. XVII. dati allegantur. Sed vero eadem oberrabat chorda Langii Antibarbarus Tom. II. Sect. I. Cap. I. quam dudum collisam audire nec lubet nec vacat. Mensis agitatio & motus, verbo divino adscribendus est, prævenientique atque præparanti gratiæ, Aphor. XIII. & XIV. Judicium, universales promissiones ad se quoque pertinere, pertinet ad assensum, de quo Aphor. VI. Orta exinde fiducia, consequendæ remissionis, spei est, non fidei per Aphor. XII. Actus desiderandi, contritionis est, à lege, excitatae, non fidei, ut Aphor. XIV. demonstratum dedit: Ad hærendi vero & recumbendi, actus fiduciæ est, sed accepta peccatorum remissione gaudentis. Quid ergo separanda confundimus? Solus actus apprehendendi restat,

restat, qui vel *intellectus* est, in notitia & assensu, sed ad justificationem non descendit, vel *voluntatis*, adeo-que ratione spei futurum bonum ejusque consequendi possibilitatem capit; aut fidei in actu justificationis constituta. Hanc si actione fieri quadam quis statuit, fidem, ex ratione qualitatum, in articulo justificationis consideret necesse est. Huc pertinent, quæ non nemo scribit: *Fides justificans si in se spectetur χαρισμα habitus, virtus aut qualitas quædam spiritualis est.* Qualitates autem operandi vim involvunt, & creature operantur per qualitates; Sed vero si ex hac ratione, quod ille statuit, operosa est fides in actu justificationis non apprehendit passive, sed utique active; non consideratur in relatione, sed in qualitate, quod omni deprecatur conamine. Neque nostratum Theologorum quisquam ita statuit. Hac sententia imbuti per phrasin, qua fides justificare dicitur, activitatem, imo actuositatem & operositatem fidei, in ipso etiam primo justificationis momento, exprimere coguntur, neque passive interpretari eam, sine contradictione possunt. Qui vero hoc ipso verbi genere tantum nituntur sive ex verbo activo totam doctrinam deducunt, infelicissimo colligendi modo utuntur. His monitoribus, à fide justificante, nobis sedulo cavendum foret, ne in Arminianorum, Calvinianorum, Pontificiorum imo Socinianorum casses incidamus. Sed vero ab iis cavendum nobis monitoribus est. Operosa illis fides est, in primo primæ justificationis actu, quia Christum apprehendit, & tamen justificare, hoc est, agere dicenda non est, ne operationis ejus quidquam in justificationem influat, & pure passiæ se habeat. Sic idem illis

D

est,

est, & non est eodem momento, & eadem considerandi ratione. Quod si contradictionem non arguit, ego quidem, contradictionis leges me ignorare, profiteor.

§. 4. Dicendum ergo quod res est. Fœtui immaturo similis est, ante fiduciam Christi apprehensivam, immo ante Christum apprehensum fides. Accepto Christo fœtui animato comparanda venit. Quam cum ad relationum classem referendam, ex re & merito censuerint Theologi, ex relationis lege interpretanda est. Fiduciæ ergo correlatum est Christi meritum, abundantissima universalis & omnimodæ satisfactionis copia refertissimum. Hoc a Christi persona distingui quidem, separari non potest. Ab efficacissimo ergo Christi merito fides, à Christo ipso homo credens spiritualiter vivit. Sic PRÆTER CHRISTUM nulla vita, sive evangelice, sive legaliter operans, multo minus operosa. *Qui filio credit, habet vitam*, Job. III, 36. *justus fide vivit*, Hab. II, 4. *Credentes vitam habemus in nomine ipsius* Job. XX, 31. *Christus enim vitam habet in semetipso*, Job. V, 26. Neque hæc solius Deitatis est gloria. Eadem Christo, qua homini competit. *Manibus enim & vitam & verbum vitae contrectaverunt Apostoli*, i. Job. I, 12. Hoc sensu vita est in Dei filio, i. Job. V, 12. ut totus Christus, Deus & homo hic in censem veniat, *qua Deus, per naturam, qua homo, per communicatio- nis gratiam*.

§. 5. Noli objicias, CHRISTUM quidem fidei salvifica objectum esse, sed vero vitam in esse fidei, ut habitibus ceteris, qua in suum ferri objectum, & circa illud occupata esse possit. Fanaticismi reum esse, qui ipsum Christum vitam fidei dixerit, nisi phrasin per meto-

*metonymiam interpretetur, qua causa pro effectu dicitur.* Non enim Christus objectum solum est, sed & altera veluti pars hominis regeniti, & sensu Theologico considerati. Imo circa hoc suum objectum fides ne operari quidem potest, sine Christo apprehenso, vel potius apprehendente, *Phil. III, 12.* Sic Adami corpus ex limo productum; animam; sic fomes scintillam; sic lycinus flammam accipit. Hinc Carpzov. regenerationis vita in fiduciali apprehensione meriti Christi consistit, *Gal. II, 20.* *Isag. in LL. Symb. p. 265.* Vita nimirum spiritualis in omni gradu dependet, sua intrinseca natura, à supernaturali gratia & influxu Christi capitis, ejusque Spiritus, quem cum verbo revelato, in hominum cordibus præbet. Et differt per hoc ab animali, naturali vita, quod hæc consistit in actibus, quos facultates animæ, intellectus & voluntas, ex suis naturalibus viribus, citra influxum capitis & Spiritus ejus circa objecta eliciunt. Alia enim ratio formalis vita spiritualis, quæ ab animali, sive naturali vita distinguitur, reddi non potest. Verba sunt *B. Musæ de Eccl. Disp. I. p. 31. sq.* Ex corpore doctrinæ Julio hanc confirmare sententiam liceat: Aus was Krasst? wie? warum? und woher? der Glaube gerecht mache, lebendig sey, und das Leben habe. Nemlich nicht darum, oder daher, daß er so eine grosse Tugend sey, oder darum, weil er gute Werke thue: oder neben sich die Liebe habe: sondern darum und daher, weil er im Wort und Sacrament Christum, der unsre Gerechtigkeit und Leben ist, ergreift und annimt. *P. II. p. 93.* Si vivimus Spiritu, etiam Spiritu incedamus, monet *Apostolus, Gal. V, 25.* En distinctam vitam

*spiritualem in fide Christi, & operationes vitales, seu fructus vita spiritualis, scribit MENZERUS Anti-Pist. Disp. V. Th. u6. Ut ergo vita naturalis ex anima corpori, per unionis naturalis vinculum unita, fluit, atque anima corpori unita corpus vivum reddit, imo hominem; sic Christus, per fidem animae conjunctus, & ipsam fidem, & hominem fidelem vivum facit, suamque illi vitam communicat. Applicata anima, vivit homo vita naturali; applicato Christo, vita spirituali. Non dum applicato, non tantum non vivit, sed ne potest quidem. Tum enim fides nondum sub ratione justificae existit, adeoque non ens est. Tantum abest, ut ante apprehensum Christum operosa sit fides. Sedendo Romani vicere. Viva salvifica fidei imago. Salvifica inquam, i. Pet. I, 9. distinetae a fide historica, mirifica, legali. Nam primam habere potest etiam apostata, Joh. XII, 42. & Diabolus Jac. II, 19. alteram hypocrita Matth. VII, 22. i. Cor. XIII, 2. tertia extra justificacionis circum posita, quam salvifica ingreditur. Hac non operatur, non meretur Rom. III, 24. XI, 6. non sacrificat Deo, sed a Deo accipit, sedet, agi se sustinet, apprehensa magis quam ut active apprehendat. Joh. I, 12. Rom. IX, 30. Phil. III, 12. verba sunt Danbauer. Christ. Protheor. p. 54. f. sq.*

## APHOR. XVI.

*Cum momento fiducialis apprehensionis Christi, ipsa justificatio, puncto mathematico arctius est conjuncta.*

Christiana

**C**hristum ipsum justificationis causam esse efficientem, impulsivam, materialem, meritoriam, extra controversiaz aleam est positum. Applicato Christi merito donatur Christi justitia, sive materiam sive formam consideres, *i. Cor. I, 30.* Tunc homini quamvis peccatori peccata imputari non possunt. Stat promissis CHRISTUS, *delet peccata ut nubem;* & *delicta ut nebula, Ef. XLIV, 22.* Sic Zachaeus, eodem, quo Christum ad se divertentem acceperat, momento, salutem domui sue contigisse, docetur, *Luc. XIX, 9.* Tegmen peccatorum Christus est, *Rom. IV, 5.* In CHRISITI sanguine peccatorum est remissio, *Col. I, 14.* CHRISTUS est unicum illud adversus peccata & in justitiam remedium *Zach. XIII, 1.* Eodem momento, quo Christum fide apprehendebant, vel milleni justificationem conseqeabantur, *Act. II, 41.* XIII, 48. Eodem momento, quo Paulinæ custodiæ præfectus credebat, justificatus est, *Act. XVI, 31.* Ignem ergo citius caloris, solem lucis, aquam humoris, expertes videris, quam Christum animæ donatum, sine justificationis gratia. Deus hominem, qui in peccatis erat mortuus, & morti æternæ, legis sententia adjudicatus, à peccatis absolvit & Christi satisfactionem imputat, atque eodem momento in vitam cum revocat. Ex re & vero B. Lobechius scribit in *A. C. Disp. VII. §. 76.* Plura non addo præter verba F. C. p. 687. Ad justificationem tantum hæc requiruntur gratia Dei, meritum Christi & fides, quæ hæc ipsa Dei beneficia, in promissione Evangelii amplectitur. Si hæc omnia cum veritate coincidunt, h. e. si fides eopse, quo acceditur,

momento, & gratiam & meritum Christi amplectitur: si eopse momento à peccatis absolvitur, si eodem quo absolvitur, momento in vitam revocatur, veritas aphorismi patet, neque inter hos actus omnes tantum intercedit temporis, quantum inter apprehensionem flammæ & lucis, in candela flammæ adinota.

## APHOR. XVII.

*Justificatio solius Dei actio est interna quidem, sed ad extra & judicialis, fideique ideo adscribitur, quod tum passim Christum apprehendat, cum peccatorum affatim bonorum operum nihil possidet justificandus.*

## §. I.

**T**anta est Dei ter optimi ter Maximi adversus miseros peccatores misericordia, ut, non quasitus, inventatur sepe, ipsisque ethnicis suain præsentiam insinuat, *Jes. LXV, 1.* Ea de causa peccatores, & quideim omnes, ad se vocat, *Matth. XI, 28.* Imo in tenebris, etiam exterioribus & in umbra mortis sedenti suam illucescere gratiam sinit, *Jes. IX, 1.* Cum vero hominum nemo sit, qui non peccet adeoque, quotquot intuetur Deus, peccatores sint, *Ps. XIV, 2. 1. Reg. VIII.* Omnes tamen ideo sub peccatum conclusi, ut omnium miseretur, & per fidem in JESUM promissio veniret, *Rom. XI, 32. Gal. III, 22.* Hac ut saluti nobis sit, quia Deum inter & nos erat intergerinus, murum sustulit, *CHRISTUS Eph. II, 12.* peccatum nimis & chirographum nobis adversum, hoc cruci affigens, illud portans

rans & expians, Col. II, 14. 1. Pet. II, 24. Ipse enim justus est & iustos facit, Rom. III, 26. Propter hujus iustitiam iustificat Deus impium, Rom. IV, 5. corpus mortis in carne circumferentem, & αμαρτιαν την ευγενιστον, donec vixerit, sentientem, carne adversus spiritum & gestiente & insurgente, Hebr. XII, 1. Rom. VII, 24. C. VIII, 1. Gal. V, 17. Sic iustificatus pacem babet cum Deo, per Dominum nostrum Jesum Christum, Rom. V, 1. non tamen plane, nisi mortuus, a peccato liber est, & iustitiae inherenteris perfecto habitu beatus, Rom. VI, 7. Nam qui, vel iustificatus peccatum se habere negaverit mendax est, 1. Job. I, 8. Quod ipsum sufficit contra Pontificios demonstraturo iustificationem, in habitus justi infusione, non consistere, neque peccatum in regeneratione radicitus extirpari, neque in iustificatione omnino tolli & extinguiri, imo expelli, quod tamen sub anathemate credendum injunxerunt. Concil. Trid. Sess. V. Can. V. & Sess. VI. Can. X. XI. XXIV. adde Bellarm. T. IV. L. V. de amissione gratiae C. VII. VIII. IX. X. XI. Beern. T. I. Opusc. III. C. IV. & in Manual. L. I. C. XIV. a. I. l. c. XVI. q. 1. Alios. Manet proh dolor! tentans & irritans peccatum; sed non imputatur credenti.

§. 2. Duplex nimirum imputationis actus in iustificatione peccatoris a Deo exercetur, 1) Peccatum non imputatur, Rom. IV, 8. Ps. XXXII, 2. 2. Cor. V, 19. neque a Deo in memoriam revocatur. Es. XLIII, 25. conceditur a Deo peccatori, quam a Davide gratiam Simei, Majestatis reus & orabat & impetrabat iisdem, 2. Sam. XIX, 20. verbis usus אל יוחשׁ בְּ quibus David l. c.Factum scilicet in-

fectum fieri non poterat, reatum contraxerat mutata sententia crimen non eluerat, verbo nihil boni, quo confidere poterat possidebat miser; criminis commissi culpam & pœnam, quarum reatum contraxerat, sibi imputari nolebat & impetrabat. Neque tamen Regis erat, meliorem reo infundere habitum. Ea peccatoris est conditio. Separari a peccato reatus non potest, nisi justificatus, & Christo donatis bonis litare, operibus non potest. Nihil ergo operum ad tribunal afferre potest, quæ bona vocari mereantur. Et si afferret, iis reatum non elueret. Hinc reatum a peccato non tollendum, a peccatore Deus tollit. Hoc est, peccatum non imputat, commissi & inhærentis peccati, & habitus & facti non recordatur, hominemque intuetur, quasi nihil unquam mali commisisset; nihil vitiosi habitus in carne sibi attraxisset unquam. Hæc est peccati non imputatio, qua peccatis onus, ad pedes supremi judicis provolutus peccator, lacrymis genas, pugno pectus, cœlum suspiriis fatigans delicta fatetur, & a reatu pœnæ absolvitur, imo & culpa.

§. 3. *Per justitiam id fieri diuinam num posse?*  
 rogas, causam affirmationis sciscitaris? Noli eam cum SOCINISTIS, in liberrima summi Judicis potestate querere. Ex plenitudine quidem potestatis a Davide Simei absolvebatur. Non ita Deus agit. Ne justitiae simul & veritati, latæ in paradiſo sententiaz, quidquam derogetur, Christi facit satisfactio. Huic ipse Deus nostrum imputaverat peccatum, qua culpam, qua pœnam & peccatum fecit, 2. Cor. V, 21. h. e. explicante Apol. p. 235. hostiam pro peccato, cui & imputata culpa est, & pœna fuit ferenda. Victima sic manu imposita, cul-

culpam imputatam suscipere solebat, sic pœnam dare. Tulit nimirum *in lignum*, h. e. in aram crucis, *in corpore suo peccata nostra*:*i. Pet. II, 24.* ut propter peccata nostra traditus, propter justitiam nostram resurgeret, *Rom. IV, 25.* nostra fieret & justitia & sanctimonia, *i. Cor. I, 30.* Nova inde & 2) oritur imputatio. Deus Christi justitiam tam vitæ quam morte partam, quam peccator inhærentem non habet, imputat. Hæc illa fides est, quam Paulus *Gal. III, 23.* venturam dicebat, quæ credenti imputatur *in justitiam*, *Rom. IV, 5.* Per hanc & propter hanc absolvitur reus. Peccatorum enim remissio contingit peccatori, non innocentι, sed maxime fonti & noxio. Per hanc & propter hanc justitiam, non in amicorum tantum, sed filiorum numerum recipitur, æternæ vitæ hæres scribitur, corona justitiae beatur, qui tartareas promeritus erat pœnas peccator. Eodem, quo à peccatis absolvitur, momento hæc omnia contingunt. Simulac enim *justificati* sumus per fidem in Christum, per quem aditum habemus ad gratiam, in qua stamus & gloriamur, spe futuræ gloriæ pacem habemus cum Deo, *Rom. V, 1.* Sic exuberanti peccato exuberat gratia, *i. c. 20.* Sic Aphorismo sua constat veritas. *Dei Trinunius est actio*, qui justificat. *Interna est* in mente nimirum divina constituta, judicium Dei de peccatore continens, neque extra Deum quidquam constituens. Peccatori contingit maxime misero, imo *damnationis* reo. Benignissima est, cum præter, imo contra omne meritum, peccatorem beet, nullo, quod vero ita vocari possit opere bono ornato; ad solam misericordiam divinam profugō. Neque tamen minus est *justa*: Justitiae perfectissimæ, debita eroga-

D 5

tur

tur merces. Perfectissimæ inquam justitiæ, non hominir,  
sed CHRISTI. Sic peccatorum affatim, bonorum  
operum nihil, possidet justificandus, in ipso tamen  
justificationis actu, perfectissima justitia beatus, & in  
filium Dei adoptatus. Hinc *Apol.* p. 68. promissio offert  
nobis oppressis peccatoꝝ morte gratis reconciliationem  
propter Christum, quæ accipitur non operibus, sed sola  
fide. Et F. C. Christi justitia nobis imputatur, unde  
remissionem peccatorum, reconciliationem cum Deo, ad-  
optionem in filios Dei & hereditatem vitæ æternæ, con-  
sequimur p. 688.

§. 4. Aliquid tamen inesse boni justificando, ex  
concessis, Aphor. XIII. XIV. XV. & descripta justifi-  
candi conditione, dicis. Sed vero, ut bonitatem osten-  
das velim. Dolorem invenis & contritionem. Passio-  
nem invenis, non actionem hominis, sed Spiritus S.  
per legem conterentis. Peccatorum detestationem  
vides; sed vero, ex timore pœnæ, ortam, quo fine,  
peccaminosa non displicuisseſſet. Propositum corrigen-  
dæ vitæ tibi deprehendere videris. Sed videris. Ultra  
votum, si forte in melius mutare vitam posſit, nihil  
invenis, & hoc ipsum, ex eodem timore pœnæ, ortum  
traxit. Non propter Deum, non propter internam  
peccatorum malitiam virtutum, bonitatem, illa fugere,  
his studere optat. Sibi facit, quidquid forte facit. Ad  
vitandam æternam miseriā; ad adipiscendum sive  
hujus, sive futuræ vitæ commodum, tantum respicit.  
Servilis documenta ingenii sunt, à quo R. Antigonas  
אל היהו בעכרים הם suos dehortatur discipulos. Ne sitis ut  
servi,

servi, Domino ministrantes, propter portionem  
 mercedis. **פרק א' אברת נ'** Neque potest, ante justifi-  
 cationem acceptam, altius surgeret peccator. Qui  
 enim filius non est, filiali gaudere neque animo, neque  
 timore, potest. Ad servilis ergo timoris effectus, cen-  
 sendum est, si quem frenum olim, nunc contritum  
 peccatorem, a fvetis abstinere delictis, & meliori vitæ  
 instituto uti videris. Signa sunt convertentis gratiæ,  
 operantis Dei Spiritus, hominis in limine quasi carce-  
 ris, quo haec tenus detinebatur, constituti & ad effugien-  
 di potentiam proximi, adeoque à regno Dei minus,  
 quam olim, remoti, ut CHRISTI ad Pharisaum ver-  
 bis ex Marc. XII, 34. uti liceat. Non vero opera vere  
 & Theologice bona. Rugiant Conciliabuli TRIDEN-  
 TINI Adversores. Si quis dixerit, liberum hominis  
 arbitrium -- ad obtinendam justificationis gratiam, --  
 nihil omnino agere, mereque passive se habere, anathema  
 sit. Sess. VI. Can. 4. Addant. Si quis dixerit: opera  
 omnia, que ante justificationem sunt, quacunque ra-  
 tione facta sunt, esse peccata, vel odium Deum mereri  
 -- anathema sit. I. c. Can. 7. Succinat Melodius &  
 totum conversionis ordinem invertat, sanctificatio-  
 nem justificationi anteponens. p. 488. Dulce canens  
 filula, ethnicorum etiam virtutes, moraliter bonas,  
 prædicet, Deoque placentes; nemo, cui αιδητηρια  
 γεγυουνασμενα, προς διαιρετιν καινητε ιησι καλε  
 data sunt, consentiet. Si sensus carnis est inimicitia  
 adversus Deum, peccat caro, etiam cum externa civi-  
 lia opera facimus. Si non potest subjici legi Dei, certe  
 peccat, etiam si egregia facta & digna laude, juxta  
 humanum judicium, habet verba sunt. Apol. p. 65. Vero  
 peccant

peccant homines, etiam cum honesta opera faciunt, sine Spiritu S. quia faciunt ea impio corde. l. c. p. 66. Quod quanquam, in peccatore contrito *extreme impium* non sit, nondum tamen pietate impletum, aut revera pium dici potest. Qui boni non sunt, possunt esse alii minus, alii magis mali, dicente Augustino, quem Chemnit. citat, *Exam. Concil. Trid. P. I. de operibus infidelium* p. m. 260, quem exscribere non lubet, legendum commando. *Sine me nihil potestis facere CHRISTI vox est. Job. XV, 5.* Ante justificationem vero, CHRISTUS animæ conjunctus non est, quanquam *venienti via*, per contritionem, *parata sit. Es. XL, 3. Job. I, 13.* Aut ergo aliquod temporis intervallum, quo homo vere credens, & Christo unitus, justificatus non sit, dandum est, quod absurdum est, & per Aphor. XV. & XVI. non licet: aut concedendum, quod in hoc Aphorismo posui, hominem, in ipso justificationis momento, peccatorum assatim, bonorum operum nihil possidere. Bonorum scilicet fons hactenus deerat; in CHRISTO aperitur. Peccatorum remissionem consequitur, non bonorum operum præmium. Sed vero *consequi remissionem peccatorum, est justificari*, docente *Apol. p. 73.* Et homo peccator coram Deo justificatur, h. e. absolvitur ab omnibus suis peccatis & à judicio justissimæ condemnationis, & adoptatur in numerum filiorum Dei, atque heres æternæ vita scribitur, sine ullis nostris meritis, aut dignitate & NB. absque ullis præcedentibus, præsentibus aut sequentibus nostris operibus, ex mera gratia, tantummodo propter unicum meritum, perfectissimamque obedientiam, passionem acerbissimam, mortem & resurrectionem Domini nostri Jesu Christi, cuius obedientia mihi ad justitiam imputatur. F. C. 684. Repudia-

pudicatus ergo & damnamus tanquam falsum dogma  
*Art. Negat. XI. Fidem non justificare, sine bonis operibus, & absque eorum praesentia hominem justificari non posse. Epitom. p. 587.* Qui secus sentit noster non est, abeat ad eos, quibus cum docet, ne incautos fallat.

§. 5. Sed vero objicis, famem sitimque justitiae, à me ipso concessas. Neque etiamnum nego. Opera tamen haec esse vere bona nego. Effecta sunt Spiritus S. per legem, peccatis conterentis. Passiones sunt, actiones non sunt. Fames sitisque famelici rem ipsam demonstrant. Adduntur suspiria, Spiritus *υπερετυγχανος* indicia, pro pullulantisque fiduciæ ex spe, fide obstetricante historica, oriunda. Quæ tamen ipsa, pro ratione sui, sine formidine oppositi non sunt. Alia spei, remissionem futuram sperantis, conditio non est, juxta Aphor. XII. Haccine opera Theologice bona putas? *Bona opera non præcedunt fidem, & sanctificatio non præcedit justificationem* docet F. C. p. 692. Quid ergo, ante matrem filias existere putas? Quid cum Melodio, ordinem salutis invertis? Liceat Celeberr. BUDDEUM audire judicem. *Ad famem sitimque Christi quod attinet, eam rectius, ad ipsam contritionem hominis peccatoris, referrimi existimo.* Qui enim intimo, ob peccata admissa, perfusus est dolore, anxie solatum aliquod expetit. *Quod cum nullibi, quam in Christo, ejusque sanguine invenit, hinc famæ illæ atque sitis justitiae, sc. Christi, Matth. V. 6.* Hac Celeberr. Buddeus Inst. Dogm. L. IV. C. III. §. IX. p. 920. Quod cum aliquid habere ponderis testimonium putem, majoris autoritatis Megalandrum audiamus. Allein der Glaube macht gerecht, der durchs Wort Christum ergreift

ergreiffet, und mit demselben geschmückt und geziert wird, und NB. nicht der Glaube, der die Liebe in sich schleusset, Tom. VI. Alt. p. 575. a. 6. Darum re. Atque ut rem curatius cognoscas, rationem addit: sintemahl der (Glaube) im Herzen ergreift, und hält Christum, solcher Glaube macht den Menschen allein gerecht, ohne Zuthun der Liebe. Ja NB. zuvor und ehe demn die Liebe dazu kommt, l. c. p. 605. b. Amor scilicet non mortui est, sed vivi, judice judicissimo B. Menzero, Anti-Pist. Disp. V. Th. 116. Neque ante, quam multa erant peccata remissa, diligit peccatrix Luc. VII. 30. Plura dabit Dorsch. Theol. Zach. P. I. C. V. p. 65. So schliessen wir nun mit St. Paulo, daß wir allein durch den Glauben gerecht werden, ohne Gesetz und Werke. Wenn aber der Mensch NB. durch den Glauben gerecht worden ist, und Christum durch den Glauben überkommen hat, und weiß nun, daß derselbe seine Gerechtigkeit und Leben ist, alsdenn wird er gewißlich nicht müsig seyn, und ohne Werke bleiben, sondern wie ein guter Baum Früchte bringen. Verba sunt Theandri l. c. p. 616. a) in. Werke nur das wohl, der Glaube macht allein fromm. Tom. VIII. Altenb. p. 947. hoc est sola fides justificat, a) in. Denn der Mensch muß zuvor fromm seyn, und Gott gefallen, ehe er gute Werke thun kan. Tom. IV. p. 38. b. m. Et also zeiget der Prophet (Mal. III. 3. victimas esse in justitia offerendas docens) an, daß erstlich die Person müsse gerecht werden, darnach folgen erst des Gerechten Werke. T. VII. p. 711. a. m. Sicut enim finis legis, ita & naturae humane vitiouse. Salvator Christus est, ad justitiam omni credenti Apol.

*Apol. 65.* Et Abraham justificatus est cum primo ab Idolatria conversus nulla bona opera haberet. *F. C.* p. 690.  
 Ita unanimi consensu credimus, docemus et confitemur, quod homo peccator coram Deo justificetur, absque ulla præcedentibus præsentibus aut sequentibus nostris operibus, *l. c.* p. 694. Sic aphorismus, unanimi Ecclesiæ nostræ consensu, approbatus est. Qui ergo secus sentit, docet, credit, confitetur noster non est.

## APHOR. XVIII.

*Neque tamen, nisi per calumniam, fides justificans mortua dici potest.*

§. I.

**D**UDUM est, quod à Pontificiis, Arminianis Soci-nianis, *fide solariorum* scomina in nos evomatur. Melodius *SOLIFIDIANISMUM* addidit. Heu scelus! Interimisticae & Majoristicae, factionum dudum sepultarum, resuscitatæ reliquiæ parum abest, quin succenturientur. Num ii, qui fidem, *quatenus vivam*, salvare aut justificare negant, huic hominum generi ansam calumniandi dederint, non determinabo. Id mireris, Celeberrimum BUDDEUM eandem calcare semitam. Adeoque nec dicendum, inquit, *fidem, quatenus viva est, justificare* *Instit. Dogmat.* p. 1032. Quod si enim, inter vivum & non vivum, nullum dari medium, vel tertium potest, necessitate consequentiæ convictus, qui hoc assertum profert, fidem *quatenus viva non est* justificare afferat necessum est. Quid autem interest, utrum fidem justificate mortuam dixeris, an fidem justificare, *quatenus viva non est?* Aut enim justificat,

*quate-*

quatenus nunquam vixit; sic historica aut miraculosa fides justificandi erit organum, quod *Aphor. VI. X. & XI.* non permittunt, aut quatenus acceptam vitam amisit. Sic revera est mortua.

§. 2. Fides quæ & quatenus *in se* viva est, h. e. *QUÆ ET QUIA CHRISTUM ACCEPIT*, justificat. Christum solum esse fidei vitam *Aphor. XV.* demonstra- vi. Christum, à Spiritu S. fide apprehendendum dari, in ipso justificationis actu, ibidem docui & *Aphor. XVI.* Quid ergo mortuam putes fidem, ab ipso Christo, animatum? Est ne qui Christum, in statu exaltationis, constitutum, mortuum dicere audeat? *Vivo ego*, inquit Christus, & vos vivetis, *Job. XIV, 19.* *hunc qui habet, vitam habet, qui non habet neque vitam habet*, i. *Joh. V, 12.* Sed vero interest *inter vitam ipsam, in se consideratam, seu vitæ formam & ejus demonstrationem, seu opera vitalia.* Hæc desunt in actu justificationis, non illa. Opera vere bona, ante justificationem adesse non posse, quod inter peccatorem & Christum est interstitium, murus intergerinus evincit. *In ipso* justificationis *actu*, quam fides accepit, vitam *operibus demonstrare non potest*, propter arctissimum vivificationis & justificationis connexionem. Actioni enim, sive externæ, sive internæ hominis, aliquod ut detur temporis spatium, necesse est. Sed vero inter concessiōnem vitæ, quæ Christus est, & justificationem peccatoris, ne minimus quidem temporis articulus, si vel millesimam minimi minutuli partem dixeris, constituen- dus est. Interim actus primus, agendi potentia *everyresa* interna eopse, quo Christus communicatur momento adest. Mox succedit *everyrosis*, seu actus internus aliquis

*STRUP*

aliquis Dei amor, à quo tantis affecta beneficiis est. Tandem *εὐεγνησα*, opus aliquod bonum externum, in oculos incurrens. Ea nimurum humanæ conditionis est imbecillitas, ut circa duo occupari objecta eodem momento non possit. Fides autem, in actu justificatio-  
nis, Christum apprehendendo, in suo primum esse con-  
stituitur. Qui per humanam fieri imbecillitatem potest,  
ut & bona faciat opera?

§. 3. Sunt qui urgeant, spem & caritatem à fide  
abesse non posse, hæc ipsa esse vivæ fidei documenta. Sed  
vero impetrandæ remissionis spes ex fide historica,  
quod supra probavi, fluit. Hæc cessat in ipso justifica-  
tionis actu. *Præsentia* enim dicente *Paulo sperare*  
*non licet*, *Rom. VIII, 24*. Spes vero adipiscendæ gloriæ  
celestis, justificationis actum sequitur & ad justifica-  
tionis statum pertinet. Sic spes exsulat in ipso justifica-  
tionis actu. Neque amor adeat. *Hunc Paulus ex fide*  
*non fucata fluere docet*, *i. Tim. I, 5*. Hæc vero nihil ope-  
ratur, nihil efficit nisi in *CHRISTO*. *Εν χριστῷ ισχυει*  
*πίστις δι' αγαπῆς εὐεγνησεν*, *Gal. V, 6*. Ut ergo sine  
Christo, non est fides justificans, ita nec potest quid-  
quam multo minus operatur per caritatem. At vero  
ante justificationis actuū, homo convertendus Chri-  
stum non habet. In ipso justificationis actu Christum  
demum accipit, & *Christo ut palmes viti inseritur*,  
*Joh. XV*. Ita constituta in Christo *ισχυει*, robur habet  
operandi & vires, ideo *εὐεγνεταὶ* & appetet *εὐεγνη-*  
*σεν δι' αγαπῆς*. Eleganter Lutherus verba Apostoli  
*πιστεαφραζε*. Ich rede vom rechtschaffenen Glauben,  
welcher, NB. nachdem er die Person gerecht ge-  
macht hat, nicht müsig ist, und schlaffen liegt, sondern

E

ist

ist durch die Liebe thätig, Tom. VI. Alt. p. 830. a. m. ad h. l. Ita fides justificationem accipit; amorem generat, per amorem operatur. Ante vero justificationem, quod amari possit objectum, non habet homo peccator. Non Deum, quem horret Apol. p. 68. quem nisi divino amore percepto amare non potest, i. Job. IV, 19. Non proximum, cui in CHRISTO demum & amor & obedientia pro sua cuique conditione præstatur, Eph. VI, 5. 6. Et major est caritatis virtus, quam ut ab homine nondum justificato exerceri possit, quippe quæ totius legis impletio est & compendium, Matth. XXII, 40 Rom. XIII, 8. Fides ergo, in ipso justificationis momento, embryonis vicem sustinet, cum anima nunc conjungendi seminis habet αναλογιαν terræ immissi, quod frugifero suscepto humore mollescit primo, dein lactescit hinc fibras, radicibus agendis, idoneas protrudit, tandem pullulat, vitainque & habet & demonstrat.

§. 3. Noli excipias nostram ergo, quam justificantem dicimus, fidem, cum malo stare proposito posse. Βδελυγμα hoc dudum ex nostra eliminatum est. Ecclesia: Credimus docemus & confitemur, et si antecedens contritio & subsequens nova obedientia ad articulum justificationis coram Deo non pertinent, non tamen talem fidem justificantem esse fingendam, quæ una cum malo proposito peccandi videlicet & contra conscientiam agendi stare possit. F. C. p. 586. Malum propositum mortis spiritualis certissimum documentum est. Peccatum ex hoc principio commissum pœniam & mortem auget. Ab hoc, qui non abhorret malo, non convertitur nedum justificatur. Ipsa contritio malum propositum ejicit. Ex vera enim peccatorum agnitione non potest

poteſt non eorum deteſtatio fluere, verba ſunt Buddei  
*Inſtit. Dogmat.* p. 963. Hac tamen orta, non ſtatiū  
 fides adeſt iuſtifica, ad quam iuſcipiendo, quadante-  
 nus tantum medica Spiritus S. manu, præparatus eſt  
 homo contritus. Hunc ſi ad vomitum redire & non  
 obſtantē fide historica, meliora videre deteriora ad  
 iuſtar Medeꝝ ſequi obſervaveris, eo iuſteriorem  
 ſtatuaſ. Hic nimiriū cum furibꝫ fornicariis, adul-  
 teris & ejusmodi carcinomatibus, q̄ s ſuis fidelibus an-  
 numerat, *Conc. Trid. Seſſ. VI. Cap. XV.* eo magis perit,  
 quo ſatiuſ ipsi fuſſet, viam iuſtificare non agnoviſſe,  
 2. *Pet. II, 21.* Beatus contra eſt, fide iuſtificante, in ipſo  
 iuſtificationis actu iuſtructuſ, quamvis bona nondum  
 præſentia ſint opera. Sit tibi infans aqua ablutus ſalu-  
 tari documentuſ. Hunc fide iuſtifica iuſtructuſ aſſe-  
 tente Christo, *Matiꝫ. XVIII, 6.* nemo noſtrum dubitat.  
 Papistæ, Calvinistæ, Anabaptistæ cum Arminianis &  
 Socinianis &c. ex operum absentia fidei quoque ab-  
 ſentiam colligunt. Qui ex eadem ratione fidem iuſtifi-  
 can, quam profitemur, mortuam dixerit iis ſe ſocum  
 præbeat, ſed ſuo periculo. Maniacum animi deliquiuſ  
 patientem, ægrum vix ſpiritum trahentem, aut dor-  
 mientem etiam intuere. Num ex eorum operibus fi-  
 dem colligere, aut ad incredulitateim malumve pro-  
 pofitum recte argumentari liuerit? Quis adeo crudelis  
 Rhadamantus eſt, ut hos oīnnes æternis adjudicare  
 flaminis audeat? Ficulnea ergo ab operum absentia,  
 in actu iuſtificationis, ad fidem mortuam eſt collectio.  
 Optime Vener. Hafenrungius: *Quo momento fides ap-*  
*prehendit Christum fiducialiter, eodem & iuſtificatio-*  
*fit. MELET. de fide operosa, p. 128.* Neque efficit illam,

*qua justi censemur justitiam, sed jam paratam, Matth. XXII. inventaque recipit & sibi appropriat. Quatenus autem recipit, PATITUR NON AGIT l.c. p.48. Numquid non inde recte colligitur: Ergo cum primo conversum justificat operosanendum est fides?*

## APHOR. XIX.

*Vita in & cum justificatione accepta, fides eodem momento per interna primum, deinceps externa opera, se exserit neque unquam, a bene operandi studio in homine sui conscientia remittit, ut adeo in ipso etiam tentationis momento fidei veritas inde probari possit.*

## §. I.

**E**X præcedente Aphorismo hunc fluere quilibet videt, qui ε εγειαν, ε εργητες & ε εργητα της fidei justificæ me tribuisse meminerit. Citius enim, à sole lucem separaveris & calorem, quam à fidei justificante operandi vel conatum vel actum. Vita ipsi Christus est, qui de se Pater operatur & ego operor, Job. V,17. Tantum abest, ut unquam otiantem deprehendas. Cum Christo suum templum ingreditur Deus Spiritus, qui neque torpem sinit neque desidem, quem inhabitat hominem, 2. Pet. I, 8. Actum signatum Christus fidei applicatus dedit, succedit exercitus & elicitus. Interne primum spiritum trahit, mox manus quasi inovere incipit accepta vita. Quem sibi donari in justificatione passa est, Christum languida primum & imbecilliori manu vere tamen amplectitur. Crescit cum conamine accepta

accepta iustificatione virtus. Eo firmior eum cui perpetuo adhærere desiderat, tenet. Jam suam in Christo quietem habet & quoties mentem peccatorum memoria subit. Christum intuetur imo se in Christo. Sic qui fiduciæ dantur actus nobilissima fidei activitas se exferit. — Desiderium impetrandi Christi ultimus contritionis iustificationem antecedentis actus cum spe ex fide historica surgente conjungitur. Prima fiduciæ iustificantis potentia, hoc quasi gignitur, ei saltem succedit donec, quem sibi & natum & datum confidit Christum, à Spiritu S. sibi applicatum habet. Succedit alter fiduciæ quasi actus. Donatum Christum, Christique iustitiam sibi applicatam iustificatus tenet sibi appropriat, suum esse factum gaudet ei adhæret, nunquam ab eo, quem sibi adeo propitium sentit, avellenda. Inde tandem ultimus fiduciæ actus animi in Christo quies. In hoc partum Satanæ mundique insultus audacter contemnit imo ridet. Jam redamat, a quo se amatum sentit iustificatus: jam aliis viam ad salutem monstraturus, quæ sibi contigerunt beneficia, enarrat. Sic famosa illa peccatrix post acceptam deum peccatorum remissionem multum amat, cum *cui parum remittitur minus amet*. Neque id tamen, ante remissionem acceptam, *Luc. VII, 47*. Neque enim confessim & impetu quodam, sed succedente labore labore Spiritus S. hominem convertit, nisi forte quem ut Saulum extraordinaria in vitam revocaverit via. Sed nec ille quidem eodem momento penitus & conversus & iustificatus & sanctificatus legitur, *Aet. IX, 3 -- 19*. Sic Elisa iteratis vicibus mortui pueri membris sua applicabat membra. Sic resuscitandus calefieri primum, deinde spiritum trahere,

trahere oculos mouere, tandem plane vivus matri reddi poterat, 2. Reg. IV, 32 -- 36. Quæ enim cito fiunt, cito perire solent, Luc. VIII, 13. Solem nimios emittenteum primo mane radios *imbras sequi solent imo tonitrua*, 2. Sam. XXIII, 4. Per verbi vero meditationem convictus ad λογικην λατρειαν. Rom. VIII, 1. postulatam, animus magis est idoneus, neque ab ea nisi conscientia ad modum reluctantante avertitur. Atque hoc sensu fides λατρεια dici potuit, quæ soli Deo gratuita & justificationis; Christo meritoria satisfactionis, Spiritui S. salvifica applicationis honorem defert. Apol. p. 20. Totus nunc homo in vivum sacrificium Deo offertur labia tanquam juvenci singula membra, tanquam arma justitiae, Hof. IV, 13. Rom. VI, 19. C. XII, 1.

§. 2. Mox se fides hominibus ostendit & castam & justam, Tit. II, 12. Neque aliter potest. Vivit enim per Christum quidni operetur? graphicice Lutherus: Nun macht ja St. Paulus allhie (Gal. V, 6.) keinen solchen ungestalten Glauben, der ein eitel unnütz wüste Ding, ja der gar nichts sey, oder thue, sondern die Kraft etwas zu thun schreibet er allemahl dem Glauben alleine zu, und nicht der Liebe. Träumet nicht also dem Glauben, daß er informis qualitas, ein toder krafftloser Gedanke sey, davon das Herz weder Liebe noch Lust, Trost noch Freude, Gerechtigkeit Leben und Seligkeit haben möge. Denn er redet von einem solchen Glauben, der da ein thätig, krafftig und mächtig Ding sey. Denn er saget ja nicht, daß die Liebe thätig sey, sondern vom Glauben saget ers. Sagt nicht, daß die Liebe wircke; sondern der Glaube, sagt er, wircket. Von der Liebe aber redet er, daß sie ein Instrumente und

und Werckzeug des Glaubens sey, dadurch der Glaube sein Werck vollbringe und ausrichte ic. Tom. VI. Alt. p. 829. b) Ist der Glaube rechtschaffen, verba sun- ejusdem D. Patris, so bricht er heraus, und bringt Frucht und Blätter. Die Natur gebiet, ich darff ihm nicht gebieten und zu ihm sagen: Hörst du Baum, trage Aleppfel. Denn wenn der Baum da ist, und gut ist, so folgt die Frucht ungeheissen. Ist der Glaube da, so müssen die Wercke folgen, daß man nicht hingehet: Ja ich will glauben, und mache ihm also einen gedich- teten Wahn, der allein auf dem Herzen schwebe, wie ein Schaum auf dem Bier. Nein! nein! der Glaube ist ein lebendig, wesentlich Ding, macht den Menschen ganz neu, wandelt ihm den Muth, und fehrt ihn ganz und gar um. Er gehet in den Grund, wird allda eine Verneuerung der ganzen Menschen also, wenn ich vor einen Sünder gesehen habe, so sehe ich jetzt an seinem andern Wandel, am andern Wesen, am andern Leben, daß er glaube. Tom. VIII. Alt. p. 46. f. Denn wo ihr wahrhaftig glaubet, so wird auch die Liebe da seyn, und werdet fühlen euer Herz also gesinnet: So viel hat Christus mein liebster Herr für mich gethan. Dem Vater mit mir versöhnet, sein Blut vor mich vergossen, mit meinem Tode gekämpft und ihn überwunden, und alles, was er hat, mir geschenket; sollt ich ihn denn nicht wiederum lieben, danken und loben mit Leib und Gut? Wolt ich doch ehe wünschen, daß ich kein Mensch gebohren wäre, exprimente eodem Tom. III. Alt. p. 110. a. f. In hunc sensum B. B. confessores: *Quia per fidem accipitur Spiritus S., jam corda renovantur & induunt novos affectus, ut parare bona*

*opera possint. Hinc facile appareat, hanc doctrinam non esse accusandam, quod bona opera prohibeat, sed multo magis laudandam, quod ostendat, quomodo bona opera facere possumus. Nam sine fide nullocmodo potest humana natura primi aut secundi præcepti opera facere &c. A. C. Art. XX. p. 18. 19.*

§. 3. Ex operum bonorum præsentia recte ad fidei præsentiam colligitur, & ex operum defectu, *in personis sui consciis*, recte ad defectum fidei concluditur, adeo ut hæc colligendi ratio vel in ipso temptationis statu non plane infirma sit. Si enim *impossibile est dilectionem Dei, et si exigua est divellere à fide ut Apol. p. 86. Et fides vera nunquam est sola. F. C. p. 566. Et conexa fuit inseparabiliter fides & opera, l. c. p. 692.* Utique in temptatione de sensu & in existentia fidei sibi quoque connexa sunt. Hinc quamvis sanctissimis id eveniat interdum, ut fidem sibi deesse querulentur & accidat quod B. Lutherus scribit: solches thut Gott mit seinen grossen Heiligen, denen nimmt er zuweilen Christum aus dem Herzen, das ist ihren Glauben und Zuversicht, — lässt zuweilen ihren Glauben fallen und niedergiegen, daß sie sehen, wer sie sind, und sprechen müssen, wenn ich schon wolte glauben, so kan ich nicht. Tom. II. Alt. p. 278. f. sq. Sentiunt tamen peccati detestationem; desiderium Christi; preces ut emergere & resistere possint pravis, quibus cum conflictantur cogitationibus; anguntur de sua imperfectione & gaudii spiritualis absentia; de privatione gustus interni bonitatis divinæ. Sentiunt non fucatum studium Deo simul & proximo serviendi; partes officii exsequendi. Quæ quanquam tentatus pro vere bonis

non

non habeat Christus tamen asseverat, carnem & sanguinem hec non patefecisse, sed qui in cœlis est Patrem suum Matth. XVI, 17. Inde F. C. Quod si etiam aliquando in tam gravem tentationem inciderint, ut prorsus nullam amplius inhabitantis Spiritus Dei virtutem in se animadvertere & sentire possint, ut cum Davide queribunda voce dicant: ego dixi, in excessu mentis mee projectus sum a facie oculorum tuorum; tamen rursum se erigant, & illud cum Davide adjiciant: (ut cunque aliud in se sentiant) ideo exaudisti vocem orationis mee, dum clamarem ad te l. c. p. 817. Qui enim adhuc orat & salutem defiderat, ab eo Spiritus precum non recesit, sed preces fidei fructus adhuc efficit, interprete Gesnero ad Ps. XXXI, 23.

## APHOR. XX.

*Mortua fides dicitur non tantum ideo, quia bona non fert opera, sed quia ne POTEST QUIDEM AMISSA VITA.*

## §. I.

**M**ortuam dari fidem Spiritus S. autor est, Jat. II, 17. Sed vero quæ mortua sunt vitam & habuerunt & amiserunt; Res inanimatas soleim, Junam, alias nemo fanus mortuas dixerit. Privatio mors est habitum presupponit. Et vixerant omnes, quibus Jacobus scribit: Israelitis scribit per circumcidionem in fœdus receptis per baptismum ad Christum adductis adeoque vera vita per Sacra menta tam Vet. quam N. Test. pro illius temporis conditione beatis.

E

Quot-

Quotquot illorum per impietatem ex regenerationis ceciderant gratia vitam amiserant. Quam retinuerunt & jactaverunt fidem, revera mortuam habebant, cadaver fidei non fidem. Exinde bona profluere opera non poterant ideo, quod Christum amiserant. Jam appareat subjectum illud, quod mortuae fidei cadavere faciet. Homo ex regenerationis gratia Christo amissio lapsus. Hoc solum est fidei mortuae subjectum. Jam causam efficientem facile invenies. Diabolum nimurum homicidam illum inde a principio *Job. VIII, 44.* finem & effectum a satana intentum facilis scies mortem scilicet aeternam mortem secundam spirituali succedentem. Huic enim fini fidem necat. Hunc finem invenit, qui fide mortuus diem obit. Alium tamen sepe ex illa effectum producit Deus, qui mala etiam in bonum dirigit finem. Qui enim in peccatis mortuo, aliquod superesse fidei curat, ex illa residua fidei particula quin ad penitentiam sollicitet peccatorem non potest.

¶ 2. Homo quidem nondum conversus in morte jacet; sed morte quae privatio ejus vitae est, quam Deus Adamo per creationis contulit gratiam. Illa vita fidei non fuit; sed imago viventis Dei vitae gratiae concretae. Ipsa enim fides tum nullum habebat locum evangelica. Legalis pure fuit & longe alia quam quae justificare fidei competunt capita continuit. Vide sis, *B. Calovium T. I. Syst. Th. p. 22. ad 26.* & *Haberkorn. T. VIII. Giess. Disp. p. 483. ad 487.* Hinc qui natura filii nascuntur irae, *Eph. II, 3.* mortui quidem sunt spiritualliter, non tamen habent mortuam fidem. Quotquot præveniente & præparante & assistente Spiritus S. gratia, ad conversionem idonei redduntur, Fide nimurum histo-

historica instructi, de peccatis contriti, nondum tamen iustificati, fidem habere mortuam dicendi non sunt. Quidquid enim fidei habent historicæ, Spiritus S. opus est & ad conversionem tendit. Ejus notitia est viva. Ejus assensus est vivus. Quis hæc mortua dixerit? Vitam non habuerunt, in morte pristina etiamnum constituti, ad vitæ suscipiendæ potentiam proximam redacti, non vero etiamnum vivi. Quam nondum habuerunt, nondum amiserunt fidei vitam. Quidquid autem acceperunt fidei salutare est, ad conversionem facit, ad fidem iustificam præparat. Id quod Aphor. VI. VII. XIII. XIV. abunde probarunt. O quantum inter hanc & mortuam interest fidem! altera tendit in infernum, altera ad vitam spiritualem Christum.

§. 3. Sed vero fructibus destituitur bonis fidei mortuus. Desunt iidem homini nondum converso. Utrique ex eodem fundamento Christo caret uterque. Sed vero multum inter est ille, quem habuit amisit, hic nondum accepit. Hoc ille miserior expulsi Christi, contentæ gratiæ *autoχειριας* spiritualis reus. Id criminis homo nondum renatus non commisit, tolerabilius ergo inveniet judicium, Matth. XI. Neque tamen alteruter comparandus est, confundendus cum eo, qui in statu gratiæ constitutus, per *μανσαν*, lethargum, delirium, febrim ardenter, animi deliquium &c. in somnum; aut primam, post acceptum baptismum impeditus bonis studere operibus non potest & quæ interna Spiritus S. gratia possidet, neque ipse novit, neque de nonstrandis par est, soli Deo cognita. Illorum utriusvitæ deest principium Christus. Hi Christo uniti, spirituali vita instructi, ob vasum vel corruptionem, vel imbecillita-

cillitatem, a fine endis fructibus in oculos incurrentibus bonis impediuntur. Pios audiamus Confessores. *Qui non diligit, de eo recte judicari potest, quod non sit justificatus, sed quod ADHUC NB. IN MORTE DETINEATUR, aut NB. RURSUS JUSTITIAM FIDEI AMISERIT. F.C. p. 688.* Jacobus enim vocat mortuam fidem, quam non omnis generis bona opera & fructus spiritus sequuntur. -- Jacobus autem agit NB. de eorum operibus, qui per Christum jam sunt justificati, l.c. p. 693. & Apol. p. 108. sq. Num quid non idem est, ac si dicerent: Qui fidei vitam nunquam accepit, non existinxit in se, sed in morte naturali est. Qui vero regenerationis gratia excidit, Christumque, quem fide applicatum habuit, expulit, propter manentem veritatis cognitionem & ad sensum, fide instructus vivi poterat, imo fidem simulat sed vero fide mortuus est. Fides nimirum mortua est eorum, qui ex justificationis gratia exciderunt. Nam fides illa, quae accipit remissionem peccatorum, in corde perterrefacto, non manet in has, qui obtemperant cupiditatibus, nec existit cum mortali peccato, Apol. p. 86. quid? quod extinguitur, quamlibet magna contigerit, l.c. p. 101. Atque sic Aphorismum probant LL. Symbolici.

## APHOR. XXI.

*Inter mortuam impiorum & diabolicam fidem nimium quantum interest. In eo tamen convenient, quod utraque tam bonorum operum studio, quam solida consolatione caret.*

## §. I.

**D**aboli simul & impiorum fidem spectandam producit, *Jacob. II, 17. 19.* Non tamen inde ejusdem conditionis censenda est utraque, quamquam qui sibi soli pii videntur ceteros, quos irregenitos vocant & imprimis Theologis. Fide tantum diabolica instructos clamant. Si Dei opera ab iis, quæ Satanas agit, separanda & distinguenda sunt; si contra eos fortiter pugnandum, qui confusione moluntur; rem ut indagemus operæ pretium est. Neque diabolo, quod ~~επονατας ασεως~~ patronis relinquo neque impiis & fide mortuis, quæ Arnoldi in *Hæresiologia* laus est, Apologiam scripsero. Neque tamen operibus detrectare divinis, pro virili permisero.

§. 2. Quidquid rerum divinarum diabolus novit, oculari intuitu, experientia edoctus novit. Et si quæ non vidi naturali sagacitate, ex cognitis recte colligit. Sic Deum Trinum, angelorum statum, cœlestem gloriam ignorare non potest, ipse olim lucis angelus. Totam Christi œconomiam, in V. T. typis ad umbratam, in N. T. modis omnem captum transcendentibus explete & vidi & sensit, contritocranio, destructo imperio in triumphum ductus. De salute humana, divinum consilium tot buccinatoribus mundo annunciatum; tot exemplis demonstratum; quorum parti frustra insidiatus est, partem in supplicii æterni confortum præcipitavit, non nosse non potest. Hoc fortior est ad sensus experientia nunquam interrupta extortus. Sed vero horum omnium nihil ad se pertinere novit, nisi æternos cruciatus. Inde odium Dei, invidia

&amp; in-

& insidiæ aduersus homines, horror terribilis, quoties Dei cogitatio animum subit, & majori pœnæ cedit, quod nullam sperare non dicam salutem, sed ne vicissitudinem quidem licet. Inde fide diabolica Deus nunquam in bonos fines utitur, Christum enim cōfidentes obstruxit ipse Salvator, *Marc. I, 24. Luc. IV, 34.* Insidias tamen alias Satanæ, iino persecutio[n]es piorum in optimos s[ecundu]m usus & fines maxime salutares direxit s[ecundu]m & nunquam non dirigit. Adeo exosa est Deo fides Satanæ, nunquam in melius mutanda, nunquam Deo placitura, nunquam vitam adeptura, ut nunquam viva fuit.

§. 3. Fides, quæ dicitur mortua, nunc pensitanda est. Quæ de fide hac prædicatur mors, opus est diaboli hominem privantis ea, quæ ex Deo est vita, *Eph. II, 12.* Sed quod separato ab infideli Christo, reliquum manet fidei, aliam iino optimam habet originem. Sive enim autorem species, a Spiritu S. est excitata; sive principium & fontem ex Scriptura sacra est: si subjectum homo est, isque non redemptus tantum, sed regeneratus & quamquam ex regenerationis gratia excidit fœderis tamen, quod a parte Dei immutabile est, quadantenus particeps objectum res sunt, non visæ neque evidentes, sed creditæ, quasque tamen hic ipse homo ad se pertinere, sibi destinatas esse, tam ex universalii promissione, quam speciali fœderis gratia novit. Formalis ratio assensum ponit humanis viribus impossibilem. Effectus in quibusdam μορφωσις ευτελεῖας; in aliis zelus quamquam inordinatus, qualis in iis, qui Christi trucidantes discipulos, Deo se gratum præstare officium rebantur, *Joh. XVI, 2.* Hi in aliis lincei, in suis talpæ, docent,

docent, vel honoris vel avaritiae causa, redarguunt coercent immorigeros, ut videantur apprime justi sua- que celentur vitia. In aliis vana persuasio, ex abusu gratiae universalis hausta, Deum sibi fore propitium, quamvis strenuis peccatoribus, neque vel in fine vita, pœnitendi potentiam denegaturum. In aliis vero ex- citata, quam cauteriatam habuerant conscientia despe- ratio succedit &c. Omnibus vero communis est prioris status in memoriam revocatio, ad redditum instigatio cordis commotio est pulsus. Finis a Deo intentus, propter quem hoc, quidquid est fidei impiis relinquit, sollicitatio ad pœnitentiam & recuperandam gratiam. Ea propter hæc adjuncta habet, ut in melius mutari & vitam denuo recipere possit. Spiritus sanctus insuper adfisit tam operando, quam excitando, pro ratione etiam officii cooperando. Inde fit ut talis aliorum Praeceptor, Pædagogus, Censor non tantum, sed & Hodegus saepe sit, quam ipse negligit, aliis calcandam viam feliciter monstrans imo, se ipso neglecto alios & regenerans & salvans. Neque enim talium ministro- rum inutile est ministerium. Dum modo Christus præ- dicatur είτε προφασει είτε αληθεια, Paulus gaudet impius convertitur, imbellicis confirmatur, *Phil. I. 18.*  
*sq.* Huic enim fini saepius Deus horum opera utitur & salutariter, quidem Bileami, Judæ Ischariothæ, Petri abnegantis, exempla rem omnem confirmant; imo Caiphæ vaticinium, conf. *A.C.Art. VIII. Matth. XXIII.* 2. Atqui hæc omnia documento sunt, hoc quidquid est fidei vitam habuisse, & toto cœlo omnibusque caufa- rum generibus, simul & adjunctis à fide, quæ diaboli est, differre.

§. 4.

§. 4. Tantis tamen disjuncta intervallis, quod certo  
conveniant tertio palam est. Materia quasi notitia &  
adsensu convenient nec minus objecti parte. Certis ad  
sentiuntur veritatibus de Deo, divina exsistentia, essen-  
tia, attributis ordine salutis, imo & fundamento &  
judicio &c. Utraque charitate omnium virtutum matre  
destituitur & cum neutra vitam habet, quæ optima fide  
mortui poterant videri opera peccata sunt, ut nihil nisi  
malum satanas agit. Neutra salutem operatur neutra  
justitiam. Quamvis vero in aliorum salutem fide sepius  
mortua utatur Deus, veraque solatii flumina effundat  
in eos, qui tristitia afficiuntur spirituali imo & corpo-  
rali: nihil tamen inde solaminis in hominem fide mor-  
tuum redundat. Imo sicut quæ satanas de justitia Dei  
vindicativa, de flammis aeternis & novit & credit, aeter-  
nam ipsi miseriam cum horrore denunciant, sic excitata  
conscientia fide mortuum ad conversionis gratiam non  
reducendum terret, imo tandem in desperationis ba-  
rathrum præcipitat.

## APHOR. XXII.

*Multa convertentis gratiæ χαρισμata possunt,  
qui fidem habet mortuum.*

## §. I.

**S**uperius probata Aphorisimum firmant. Cum morte  
fidei, non simul perire notitiam & adsensum, vel  
exemplo filii prodigi, epulonis damnati, Petri lapfi  
Davidis adulterio & homicidio maculati, ex 2. Sam. XII.  
Luc. XV, 17. sq. v. XXII, 61, constat. Atqui vero & notitia  
& ad-

& ad sensus Spiritus S. opus est, conversioni destinatum per Aphor. VI. VII. XIV. Hoc opus ut perficiat, assistens nunquam non laborat Spiritus. An tu Satanam laborare, ut pristinum intrare liceat hospitium CHRISTO docenti Matth. XII, 44. Luc. XI, 24. credis & Spiritum S. conversionem peccatoris negligere putas contra tot divinas promissiones? Neque memoriam pristinæ felicitatis retinuit tantum, sed & gratiæ media. Quæ quamquam omnibus destinata sunt, fide mortuo hoc magis competunt, quo firmius servat Deus, in quod regenitum recepit, fœdus & quo magis *Dei dona sunt auerteræ*, Rom. XI, 29. Neque si fides est mortua propter Christum amissum; verbum quoque notitiæ insitum, memoria retentum, ad sensu comprobatum, mortuum est. Membrum est ecclesiæ visibilis, nisi ad cœcum impuriorem defecit mutata confessione. Accessum ergo habet ad officium reconciliationis, ad postulatam clavum, ad sacram synaxin verbo concionis quotidie & aures & pectus feriente. Imo illius, qui ad impuram à puriore ecclesia defecit sectam, melior est, quam satanæ conditio. Nam in impura, quamvis ecclesia verbi habet reliquias ejusque corruptionem & abusus eo observare potest curatius, quo plus veræ doctrinæ memoria tenet. Atque hoc ad gratiæ convertentis partem pertinet. Addatur Petri exemplo Christi intuentis oculus; addat Christus ipse suam deprecantis orationem, Luc. XIII, 8. *Pastoris* oviculam quærentis invenientis portantis laborem, Dei simul & curiæ cœlestis de converso peccatore gaudium Luc. XV, Adde fidem Dei hominè quamvis non credente omnino immutabilem, 2. Tim. II, 13. & videbis tremenda etiam

F

Xapta

*χαρισματα* huic hominum generi relicta, voluntatemque non tantum antecedentem, sed & comitantem de salute talis peccatoris occupatam. Hæc qui flocci facit aut nullius putat, Christianus non est, Verbum non addo.

## APHOR. XXIII.

*Fide mortuum & theoretice illuminatum esse,  
non implicat.*

**I**lluminatio ad fidem accendendam necessaria est. Hinc de ea in hac meditatione non minus dispi- ciendum. Sedes doctrinæ 2. Cor. IV, 4.5.6. proposita videtur. Ibi causa efficiens principalis Θεος, Pater luminum Jac. I, 17. CHRISTVS, lux in tenebris lucens. Joh. I. 5. & omnes illuminans, v. 9. Causa me- dia verbum cum primis evangelii το ευαγγελιον χε- 58 conf. Ps. CXIX, 105. 2. Petr. I, 19. Subjectum quod illuminandum, s. lucis hujus objectum απιστοι sedentes in tenebris captivi sub potestate tenebrarum, Es. IX, 2.. LX, 2. Act. XXVI, 18. Subjectum quo γα νοησα κη παρδιαι, h. e. intellectus oculi primario, Eph. I, 18. Ut enim in illuminatione (corporali) oculus primum occurrit ceu organum, quo lumen recipitur, tum lumen ipsum & luminis receptio: Ita in spirituali illumina- zatione intellectus hominis lumen recipit, verba sunt, quæ Iubentius allego, celeb. BVDDEI Inst. Dogm. p. 935. Intellectu illuminato cor movetur primum ut scruta- ri desideret Joh. V, 39. Act. XVII, 11. 12. tum ut amet. Forma est ελλαμψις, cuius effectus est Φωτισμος της

276

γνωστεως της δοξης της Θεου, & quidem της δοξης, quae  
refulget εν προσωπῳ Ιησος χριστῳ. Inde primo homi-  
nis haec tenus a Deo aversi conversio ad lucem, Act.  
XXVI, 18. ita ut in luce sit, i. Joh. II, 3. mox filius lucis  
evadat, Eph. V, 5. de hinc in luce ambulet, i. Joh. I, 7.  
tandem lux sit in Domino, Eph. V, 5. aliisque lucem lu-  
cere suam jubeat, tam opere, quod singulis competit,  
Matth. V, 16. quam doctrina & vita simul, quod Apo-  
stolorum est & verbi ministrorum, Matth. V, 14. Joh.  
V, 35. Phil. III, 17. Sic a gradu ad gradum adscendit  
divinæ illuminationis gratia. Quantulumcunque di-  
vinæ cognitionis intellectum irregeniti, vel inviti, in-  
travit; tantum lucis percepit, quamvis nondum con-  
versus, & extra Ecclesiam, vel puriorem, vel omnem  
constitutus. In ipsa ecclesia propositam Christi do-  
ctrinam audiens, in luce est, quamvis non obediatur,  
ut qui sub dio Solis illustratus radiis apricatur, & otia-  
tur. Qui voluntate ad Christum conversa vera in-  
structus est fide filius lucis est. Qui hac instructus  
Christum sequitur est & ambulat in luce. Qui ve-  
ro opera tenebrarum non tantum vitat, sed & in aliis  
pro ratione vel officii vel conditionis suæ reprehen-  
dit & doctrina & vita lux est in Domino. Qui alii  
prædicat, ipse αδοκιμος, i. Cor. IX, 27. πειθαι θασ εναι-  
φιως εν σποτει. Rom. II, 19. doctrina cognita vere lu-  
cet, sed tenebrarum anorem luci præfert, Joh. III, 19.  
Phari ad instar est aliis lucentis non tamen in luce  
ambulantis neque sibi ipso quidquam inservientis. A-  
lios salvat non se, alios regenerat ipse regenerationis  
gratia excidens, servus nequam multum vapulaturus  
& cum Bileamo oculis quamvis illuminatis, in æter-

nas tenebras ejiciendus. *Num. XXIV, 15. XXXI, 8. Jud. v. 11. Apoc. II, 14.* Sic notiones biblicæ distinguendæ, sic illuminationis gradus inter nescendi sunt.

§. 2. Objicis, *Deum hujus seculi excœcare mentes infidelium εις το μη ανγασται αυτοις τον Φωτισμον το ευαγγελιον της δοξης το χριστον 2. Cor. IV, 4.* Perperam autem infers ergo neino nisi actu credens, illuminatus est. Dantur proh dolor! multæ gentes evangelio per totum orbem prædicato Christum non recipientes: Dantur quod non sine cordolio expatus scribo in medio Christianæ Ecclesiæ cœtu, qui Christum pro se mortuum ignorant. Tanta potestas tenebrarum est in multis. Ab hac autem infidelium classe ad omnes concludere non nisi ασυλλογιστως licet. Neque major colligendi vis est ex *Hebr. VI, 4.* idem demonstrat̄urientis. Non enim hoc loco tantum illuminati describuntur, sed & *qui participes facti Spiritus S. bonum Dei verbum gustaverunt simul, & virtutes futuri seculi:* Num tu ταυτολογειν Spiritum S. putas? Absit! absit! supremum spiritualis beatitudinis gradum adepti hic describuntur eorundemque horrida post abnegationem Christi peccata simul & pœnae. Quid haec ad hanc rem? Miram ασυλλογιστων! Miram distinctissimorum confusionem!

§. 3. Alia supereft objectio. *Cum Theologorum omnium consensu ad sanctificationem illuminatio referatur, Carpz. Ifag. LL. Symb. p. 1035.* Sed justificationem sanctificatio sequitur; Ergo quæ hujus pars est illuminatio eundem occupatura ordinem videtur. Sed videtur. Quidquid Spiritus S. in conversione hominis agit, sanctificaturus homines agit. Prævenientis ergo &

præ-

præparantis, nedium operantis & excitantis gratia ad sanctificantis Spiritus operationem pertinet. Qui vero hanc rejicit gratiam, sanctificatus dici nequit, homo injustissimus & apprime nequam. Interest ergo inter *sancificationem in genere*, quorsum gratia præveniens præparansque pertinet, unde pulsus & motus cordis non evitandi oriuntur in iimpio etiam, & *sancificationem in specie* sic dictam, quæ solis in justificationis statu constitutis competit & justificationis actum sequitur. Ad illam pertinet illuminatio. Hujus pars proprie sic dicta non est, quamvis insancticatis maiores adipiscatur vires & in dies augeatur, à claritate ad claritatem, à gloria ad gloriam, à primo ad superiorem imo ad summum tendens, 2. Cor. III, 18. Certo enim statuamus, Deum nobis per vocationem voluntatem suam revolare, quod videlicet in iis, quos ad eum modum vocat, per Verbum efficax esse velit, ut (NB. 1) illuminentur, 2) convertantur & 3) salventur. Verba sunt F. C. p. 805. Sic illuminatio antecedit conversionem, ut conversio salutem. Verbo. *Notitia Christi in quocunque fuerit, etiam in fide mere historica Φωτισμός est*, docente Gerb. L. XIX. §. 70. Sic & fide mortuus Φωτισμός etiamnum habet. Sic Aphorismus probatus est.

## APHOR. XXIV.

*Practice, qua singulas officii partes illuminatus non est nisi in justificationis statu constitutus.*

## §. I.

**D**Uplex est Christianorum praxis. Communis altera, altera, pro ratione officii non nisi aliquibus competens. Illa conservatione illibata erga Deum hominesque conscientiae continetur, *A.C. Artic. XXIV. 6.* Hæc per tres Hierarchiaæ classes ita distributa est, ut & *αλλυτριεπισκοπιας* & *πολυπραγμοσυνης* vitium evitetur. Illa non nisi à justificatis fieri potest; hæc expeditur sœpe a non justificatis. Huc, non sine cordolio, attenderunt Pii Confessores, cuin Deum venerantur, quod & per impiorum ministerium Ecclesiæ promovere salutem dignetur, *A.C. Artic. VIII.* Illam Spiritus S. dirigit. De hac dubitari videmus. Sed vero prout adfidente gratia, impiorum etiam ministrorum actionibus officialibus adest; per eas salutares effectus in auditoribus producit: ita & intellectum ut agenda cognoscat & voluntatem, ut non expedire nolit, dirigit. Sic impiis Magistratus forte personam sustinentibus, ita adest, ut justa juste pronuncient, scandala amovent, puniant; pios verbi ministros interdum foveant defendant. Sic vel privatos & impios quidem a multis peccatis arcet verisque argumentis, ut a certis abstineant vitiis, movet. Sunt, quorum pectus in ipso male agendi conamine tenet, ut melius agant dicit; Hæc omnia illuminationis *ad praxin recte applicatae* documenta sunt. Sollicitante conscientia, docente Scriptura, in rebus sœpe arduis & obscurioribus, rectas agendi vel decidendi rationes sunt, qui inveniant & ex ipsis scripturae visceribus hauriant. Sunt, qui pravis ad pietatem *cognitengia* idiotis cognitionis salutaris fundamenti

damina suppeditent, ipsi nihil meliores. Sunt qui afflict s solamina; tentatis arma spiritualia eorumque usum; moribundis certum ad cœlestia regna introitum & monstrant & pandant & firment fide destituti salvifica. Sunt, qui vanas officii partes in ducendis ad supplicium fontibus, in expediendis negotiis maxime gravibus, melius sustineant piorum aliquo minoribus animi dotibus, aut minore etiam scientia instructo. Hoc omnes praxi *ad propriam fidem demonstrandam*, h. e. operibus vere bonis destitui in propatulo est, multa tamen bene agere adeoque *praxi*, quæ officium concernit, *omni non carere* non minus patet. Quæ cum ad voluntatem fiant divinam, proximi salutem promovent, carni tribuere & sanguini sine piaculo non possis. Ergo & in his datur illuminatio, & practica quidem, tam ratione voluntatis & operis interni, quam intuitu operis externi & in oculos incidentis. Sed vero omne propterea punctum non ferunt.

§. 2. Quod in illuminatione theoretica, seu cognitione veritatis observamus non omnes pari cœcitatibus gradu laborare; id & hic loci observandum venit. Non enim omnes eodem luto hærent. Alius alio conversioni est propior. Alia voluntas emendari cœpit; alia ab emendatione longius indies removetur. Alius aliquam, aliis nullam conscientiæ habet rationem. Alius alienæ salutis cura tangitur suam negligens, aliis neque suam neque alterius salutem curat. Alius quicquid agit, vel gloriæ cupiditate, vel commodi ductus agit; aliis officii partes omnes neglit. Quem hic vel voluntate meliorem, vel salubriores secutum rationes videris, hunc in ipsa praxi magis alio illuminatum,

non abs re statues. Eos, qui post Bileamnum Judam proditorem Christum, προφατει, imo δια φθονον, prædicarunt intuere. Nisi praxin direxisset Deus Spiritus, *Paulus non esset gavisus*, *Phil. I, 18.* Imo quem forte impium in gravibus negotiis expeditiōnem videris homine pio, sed idiota; illum ipsum non in theoria tantum, sed & praxi magis hoc illuminatum, quin statuam parum abest. Agit nimurum pro ratione subjectorum sanctissimus Spiritus. Ex stilo Prophetarum, Apostolorum, pro cūjusque captu diverso hæc veritas patet. Ita anima agit ad modum organorum corporis aut humorum. Phreneticorum, lunaticorum &c. Defectus animæ nemo sobrie philosophatus imputat. Quæ autem in bene constitutis corporibus bene fiunt animæ sunt in acceptis ferenda. Qui vero eos omnes, quos etiam in praxi facienda sæpe docet spiritus in omnem veritatem ducens, justificatorum cœtui esse adscriptos dixerit, ne lux sua tenebræ sint caveat, monente CHRISTO, *Luc. XI, 35.*

§. 3. Sunt quide[m] hoc probatuerentes dicto *illuminationem*, quæ dicitur *irregeniti esse tenebras & ipsam illam*, qui eis inest cum sensu divino congruentem cognitionem, hoc titulo maſtandam, sed vereor ne horum lux tenebræ sint. Scriptura verbum Dei *lux est, in loco etiam tenebroſo*, *2. Pet. I, 19.* Hanc Christus I. c. sub modio occultari vetabat. Alia mens erat hostium, qui ipsi cœci tales censi, nolebant. Salvatorem enim mundi lucem ipsam rejiciebant. His in hunc sensum Christus: *Vos vobis videmini illuminati, o tenebras!* Rejicitis oblatam lucem vana persuasione præjudiciis vestris pravis affectibus seducti nullam verbi divini

*divini nullam conscientię, nullam characterum Messie, nullam operum meorum, nullam salutis æternæ rationem habentes. Lunaticorum iste mos est, ut suas tenebras lucem putent. His similes estis Pharisei ! Neque tamen in Deum, neque in me, neque quemquam alium culpa redundant. Oculus vester, quo me intuemini nequam est. Hinc vestræ tenebrae. Hæc Christi mens est. Inde in thesi inquit : Oculus est corporis lux. Neque tamen sine luce oculus quidquam lucis corpori impertitur. Cujus oculus ignes fatuos sequitur luce vera neglecta ejus lux non tenebrosa tantum, aut manca & debilis est, sed ipsæ tenebrae. Cujus vero oculi cœctiunt, aut bile infecti, quidquid vident flavum putant, ejus oculi & tenebrosi dicendi sunt & tenebrae. Quid hæc ad lucem in scriptura lucentem ? Quid hæc ad cognitionem cum sensu divino congruentem ? Quæ vera docebant, hæc facere jubebat Christus, Matth. XXIII, 3. Quæ falsa immiscebant, hæc rejicienda & cavenda monebat, Marc. VIII, 12. Matth. XVI, 6. Neque has dehortationes nisi iniquo intuebantur oculo. Hæc sunt, quas Christus taxat, tenebrae. Quæ ad has tenebras aguntur, pernicioса sunt. Quæ ad scripturæ ductum a Spiritu S. diriguntur, salutaria sunt, lucida sunt. Oculi vero scriptura illustrati lux & vera est & salutaris.*

§. 4. Quantumcumque vero boni sit, quod impii agere videantur, imo in aliis efficiant, ipsa tamen praxis eorum neque ex fide fluit, neque unicum, quorum tendere debet omnis nostra actio, scopum ferit. Honor nominis divini Gloria Dei est, quam & doctrinæ & actioni nostræ metam præscripsit Deus ab hac aber-

F

rant.

rant. Hinc qui vere & vera prophetaverint; dæmonia in nomine Christi ejecerint; in ipsa praxi etiam agenda Deo docto e viderint & fecerint, benedictionem divinam in operis effectu senserint, πολλας δυναμεις ποιησαντες, nihilo tamen minus εργαζομενοι ανομιαν audiunt, *Matth. VII, 22. 23.* Voluntate nimisrum a Deo aversa a lege aberratur divina, quæ internam sanctitatem postulat. Ipsa ergo praxis, quæ Christianorum est, deficit. Neque fieri potest, quin multa ex voluntate prava, male fiant in ipsis, etiam officii functionibus rite peractis. Soli Deo adscribendum, quidquid boni a malis sit, quippe a quibus nisi ανομια fieri non potest. Sic Aphorismo sua constat veritas, sua Deo gloria.

§. 5. Multum ergo vacillat de alienis actionibus judicium de propriis sui ipsius operibus tantum certum. Solus enim Deus καρδιογνωστης novit, quæ bona bene fiant ab aliis. *Hominis tantum Spiritus novit, quæ in se sunt, 1. Cor. II, II.* Eo magis horrenda est sanctorum temeritas, qui, quos nunquam vide runt, audiverunt nunquam ex regenitorum pariter atque illuminatorum cœtu pro libitu expungunt. Quid? quod palam prostituere non verentur. Amoris certe ex fide justificante orti indicia hæc non sunt. Amor enim nihil mali præsumit, optima quævis de proximo credit. Si qua lœsus ratione fuerit tolerat, neque conviciis convicia rependit multo minus prior effundit, solisque suspicionibus minime fundatis inductus, perperam de proximo judicat, conf. *1 Cor. XIII, 4. sqq.* Ego quidem, quos hoc alios taxandi reprehendendi, inculpandi, de honestandi, imo condemnandi cacoethes vexat, quantumvis morati & frugi

frugi videantur, multum a filiorum lucis moribus abesse scio. Meliores certe sunt justificatorum fide præditorum, Christique conjunctione gaudentium fructus, quam ut se aeri tinnienti comparandos sistant.

## APHOR. XXV.

*Quamvis vivæ operosæque fidei nexus sit arctissimus, Viva tamen tantum in ipso justificationis actu est. Operosa in justificationis actu non est, multo minus ante justificationem. Hinc fides operosa solorum justificatorum in statu talium character est non justificandorum, aut in primo justificationis actu constitutorum.*

## §. I.

**P**rimarium hoc tractationis caput est, in quo tamen post Aphorismos XIII. XIV. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX. non adeo desudandum est. Notitiam & assensum præcedere justificationem Aphor. VI. & VII. docuit. Hisce suam inesse vitam vivum DEI verbum, vivos Spiritus S. effectus ex Aphor. XIII. XIV. constat. Hosce Spiritus S. motus cordis passiones efficere, adeoque ad operosam non pertinere fidem, sed ad contritionem priorem pœnitentiaz partem iisdem locis adstructum est. Quidni ergo concludam ante justificationem fides operosa non est? Imo ne via quidem. Deest nimirum Christum apprehendens fiducia. Et in Christo solo vita est per Aphor. XV.

in

In ipso justificationis actu viva ante non est, quam accepto Christo. Christum vero accipiens fiducia passive se habet. Si passive non agit. Non operosa est apprehendendo Christum, multis id demonstrat Aphor. XVI. XVII. Hoc magis miror, qui toties scribit fidem non nisi passive Christum apprehendere nihilominus fiduciam in ipso apprehensione passiva esse actuosissimam. Communicari cum ipsa communicatione Christi operandi ενεργειαν actuū primum signatum Aphor. XVIII. XIX. pluribus demonstratum dedi. Interesse tamen inter ενεργειαν, ενεργησιν & ενεργημα, ibidem probavi. Primo illam deinde istam tertio demum loco hoc existere in propatulo est. Quæ ergo ασυλλογιστικα est ab ενεργειᾳ ad fructus & ενεργηματων præsentiam colligentis? quasi recens plantata arbor fructus jam ferat. Quæ ασυλλογιστικα fructibus bona arboris colligentis, ad eorum in ipsa arboris plantatione abundantiam? Quasi primo plantationis momento jam vitis vindemiam dederit. Eadem ασυλλογιστικα est ab operibus, ex quibus fidei veritas, tanquam ex fructibus arbor cognoscitur, colligentis in ipso primo justificationis momento fidem esse operosam. Ασυλλογιστικα dices ab opera agricultorū agrum fulcantis occantis, ad fruges & messem præsentissimas, si quis colligeret. Eadem ασυλλογιστικα est ex motibus contritionis in pœnitentia fidei operositatem in ipso justificationis actu probaturientis. Sacra Scriptura LL. Symbolici Theologi ad unum omnes nostri arctissimum fidei & operum nexum faciunt. Hoc ipsum Aphor. XIX. probavi. Sed vero fidem propterea in ipso justificationis actu primo esse ope-

operosam falso concluditur. Illud vere sequitur. Ergo fides justificans eo, quo justificat momento, operandi *εὐεγγειαν* accipit, non vero quod supra rejici, propterea in actu justificationis primo operosa est. Memoriam subit recordari, quæ circa annum 1680. de hac materia scripta sunt. Tum temporis fides *viva* justificare dicebatur, sed *non quatenus* viva. Vivam nimirum dicebant, quæ per amorem DEI & proximi, per observationem mandatorum divinorum efficax est. Fides dicebatur *viva* non solum, quæ actu opera habet, sed etiam quæ in proposito. Hanc fidem *respectu operum* vivam justificare a nonnullis statuebatur eodem, quo nunc usis praetextu, ne mortua justificare fides putetur. Quid vero responderint B. Hulsemannus im Gewissens-Wurm, pag. 486. seqq. B. Calovius Harm-Calixt-Hæret. p. 670. seqq. 1031. seqq. B. Aegidius Strauchius Vindic. repet. Consens. p. 342. seqq. legere est. Nolim easdem in Ecclesiam Dei denuo invehi calamitates renovari turbas.

§. 2. Ad meliorem tamen causæ cognitionem de vocabulo *operosa* disquisitio instituenda est. Ipsa vox biblica non est. *Εὐεγγείλην* dicitur fides Gal. V, 6. h.e. *non operosa*, sed efficax operandi potestate interioris instructa. Loci sensum superius enucleatum de novo exponere tardiosum foret. Quid ergo obtruditur, quæ in codice sacro non extat vox Ecclesiæ? Numquid non optime Spiritus DEi mysteria docere divina potest? Non tamen nobis infestum est vocabulum fano sensu optimum. Operositas habitum crebris actionibus adquisitum dicit. Sic studiosus, ambitiosus, contumeliosus, imperiosus, injurious, otiosus

fus, negotiosus, gulofus, libidinosus, voluptuosus, ebriosus, non unum actum, sed plures repetitos unde habitus difficulter mobilis ortus esse possit ponunt. Neque est aliud, si recte memini vocabulum in *osus*, quod aliam significationem ferat. Fructuosus ager, fructuosa arbor, non certe ideo dicitur, quod aliquid fructuum ferat, sed quod fructuum copia abundet, per singulos annos. Nullus autem fructuosus dicitur annus, nisi qui fructibus plus solito superbiat. Ita operosa est fides, quæ pluribus operibus suam vitam demonstrat, non ea, quæ imbecillis est. Viris in fide heroibus proprie competit operosa fides. Omnibus vero credentibus πιστις δι αγαπης ενεργευειν. Quod si vero fides admodum qualitatis agit, ex qua ratione fidei operositatem deduci video, certe in ipso justificationis actu, ad suum non pervenit fastigium adeoque nondum, quod propugnatur, operosa est. Ipse justificandus bene agendi propositum sincerum primo sentit, tum conatuin, quem per varia exercitia firmorem reddit, ut habitum tandem adquirat. Ita qualitates confirmantur augmentur, perficiuntur. Ita fidei operositas & fit & demonstratur. Sed vero hoc ipso patet, contradictionem in adjecto committi, incautius προς Φυλακταιν την θεσιν intento.

§. 3. Est tamen, quod præterea observari meretur, Fidei operositas ad legis normam exigitur, ab utraque decalogi tabula dirigitur. Ad legem ergo pertinet, qua actum secundum & producta opera, quamvis ipsa ενεργεια ex Evangelio sit orta. Si ergo fides, in ipso justificationis actu jam operosa est, operibus jam legis studet ante, quam homo in gratiam receptus est.

eit. Non ergo, ex iustitia imputata, sed obseruatione legis; non solum imputata Christi, sed inhærente propria iustitia, quodammodo justus erit justificandus. Quantum hæc opinio a Pontificiorum, Arminianorum, imo Socinianorum hypothesibus absit, huic opinioni favens ipse dispiciat. Aliter Paulus, qui fidem imputari dicit *un ἐγγαγόμενων, non operanti, nedum operoso*, Rom. IV, 5.

§. 4. Manet ergo, quod in Aphorismo posui, solus justificatus, in statu justificationis, in renovatione mentis, in sanctificatione constitutus fide operosa ab impiis discernitur. Quo maiores autem aliquis in sanctificatione progressus fecerit, hoc operosiore pollet fide. Manet fidei operositas character justificatorum, adeo ut, qui fide pollere justifica sibi videatur, vel ab aliis haberi velit peccatis deditus mendax sit. *Quid enim dividis actum(hypocrita) a fide? a inique dividis fidem, perimens tuam.* Nam fides sine operibus mortua est. Munusne mortuum offeres DEO? ut Bernhardus Serm. XXIV. in Cant. ex re & vero scribit: Nam sicut corporis hujus vitam ex motu NB. DIGNOSCIMUS; ita fidei vitam ex operibus bonis. Id. Serm. II. in Pasch. Quod ipsum Aphor. XIX. & XX. adseruit. Sic fides iustificans nunquam est sola. Denn der Glaube ist nicht ein schlaffer und fauler Gedanke, schwebt auch und schwimmet nicht oben, wie deine Gans auf dem Wasser, sondern ist wie Wasser, so durch Feuer erhizet und erwärmet ist. Dasselbe, ob es wohl Wasser bleibt, so ist es doch nicht mehr kalt, sondern warm, und ist also gar ein ander Wasser: also macht der Glaube, der des H. Geistes Werke

Werck ist, ein ander Herz, Gewissen und Sinn, und macht also gar einen neuen Menschen. Drum ist der Glaube ein hoch schweres und gewaltig Ding, und so man recht davon reden wolte, so ist er vielmehr ein leydendes denn ein würckendes Ding. Lutheri judice Tom. IX. Altenb. p. 307. Dann wer durch den Glauben sicher ist im Herzen, daß er einen gnädigen Gott habe, der nicht mit ihm zürne, ob er wohl Zorn verdienet hatte (hanc esse justificati conditionem nemo dubitat) der geht dahin, und thut alles fröhlich, und kan auch gegen den Leuten so leben, jederman lieben und Gutes thun, ob sie gleich auch nicht der Liebe werth sind. Gegen Gott steht er also, daß er sicher ist, um Christi des Mittlers Willen, daß er ihn nicht will in die Hölle stossen, sondern freundlich anlachen, (hac in ipsa justificatione fiunt) und ihm den Himmel auffthun. Das ist die höchste Sicherheit, Haupt und Grund unserer Seele, NB. darnach (justificatione scilicet accepta) gehe ich heraus gegen den Nächsten mit meinem Leben, und thue ihm das Beste, so ich kan. Tom. VI. p. 42. f. sqq. Ita demum Lutheri assentiri possumus scribenti: Wann Gott den Glauben schaffet im Menschen, so ist es ja ein so groß Werck, als wenn er Himmel und Erde wieder schaffte. Tom. II. p. 410. Fidem enim dans Christum simul fidei unitum concedit, qui μορφωθεις εν ημιν, Gal. IV, 19. novam nos creaturam facit, 2. Cor. V, 15. quæ vires suas habet (ισχυει) in Christo. h.e. quicquid virium habet, a Christo habet, neque diutius retinet, quam in Christo est, Gal. VI, 15. V, 6.

§. 5.

§. 5. Eadem doctrinam libri Symbolici profitentur: *Credimus, docemus, confitemur, et si contritio & subsequens nova obedientia* (hoc est fidei operositas, hanc justificationis actum sequi dicunt) *ad articulum justificationis coram Deo non pertinet, sed postquam HOMO PER FIDEM EST JUSTIFICATUS,* tum veram illam & vivam fidem esse per charitatem, efficacem & bona opera semper fidem justificantem *SEQUI,* & una cum ea, si modo vera & viva fides est, certissime deprehendi. Verba sunt piorum Confessorum Epit. p. 586. n. VIII. Et ut meus eo apertius pateat, neque quis putet fidei operositatem ita esse naturalem, ut sine operibus, in articulo seu actu justificationis esse nequeat, scribunt: *Falsum erit, si quis dicat, fidem non posse justificare sine operibus; vel fidem, ut justificet, necessariam esse præsentiam bonorum operum, aut ad justificationem, vel in articulo justificationis esse necessariam præsentiam bonorum operum* F. C. p. 693. Imo ne quis solum rejici, a justificationis actu, operum concursum putet, *antithesi IX. rejiciunt si quis dicat: fidem non justificare sine bonis operibus -- & absque eorum præsentia hominem justificari non posse,* p. 587. Quid? quod docent, *quod spiritus hominis NB. liberatus bene operetur, non formidine pœnæ, sed NB. amore justitiae* p. 590. & bona opera testimonium esse, quod Spiritus S. præsens sit, atque in nobis habitet p. 590. tam vero, nisi justificatione accepta, spiritus hominis liber non est, neque ante quam justificatus est, spiritum habet inhabitantem. Rationem quoque addunt, cur in actu justificandi præsentiam bonorum operum concedere non possint, satis prægnantem. *His enim scribunt postremis temporibus*

*non minus necessarium est, ut homines ad recte & pie vivendi rationem, bonaque opera invitentur, atque gratitudinem suam erga Deum in bonis operibus exerceant, quam necessarium est ea vere, ne bona opera negotio justificationis admisceantur. Non minus enim homines Epicurea persuasione de fide, quam Pharisaica & Papistica fiducia in propria opera & merita DAMNATIONEM INCURRERE POSSUNT, l.c.p.59i.*

## APHOR. XXVI.

*Fides operosa non est character Ecclesiae Lutheranae.*

## §. I.

**F**Idem per bona opera demonstrari *Jacobus Auctor est Epistolæ c. II. 26.* A fructuum absentia recte colligi ad fidei defectum in adultis, sui consciis, idem Apostolus docet, & colligendi ab effectu ad causam ratio probatio. In justificato fidem non esse solam, supra concessi, imo probavi. Ex operum repetito exercitio habitum oriri, quem Philosophi vocant difficulter mobilem, sincere doceo. Non est ergo, quod fidei operositatem *in justificato*, me impugnare quisquam credat. A justificatis hunc characterem posco, imo postulo. Hoc charactere pius ab impio; fidelis ab infideli justificatus a non justificato, recte secernitur. Alia vero Ecclesiae est ratio, quippe quæ *ex puritate doctrina & recto sacramentorum usu*, cognoscitur. Distinguendæ ergo ab omnibus extra pomœria Ecclesiae constitutis, character est *doctrina de Christo*, i. Job. IV,

*IV, 2.3.* diverlarum autem a Christo se denominantium Ecclesiarum ut aliis character sit patet. Character enim non est, qui & aliis competit. *Απο τε χαρασσειν χαρακτηρα* dicimus. Ponat ergo quasi vallum, quo ab aliis res characterisata distinguitur, in se constat & immotescat. Sive hoc signum in sensus incurrat, sive intellectu percipiatur, perinde est. Neque enim cum Clerico faciendum, qui sensuum judicio, & quidem soli *χαρακτηρα* & *ευρηγειον* expositum statuit. Si vero formam sigillo impressam, sive ipsum sigillum, quod *Glaesio* placet *Rhet. S. p. 159.* characterem dixeris, per me quidem licet. Sigilli tamen significationem *B. Calov.* non abs re rariorem dicit *Bibl. Illustr. Part. IV.* p. 1124. b. cuiuslibet nimirum rei signum *διακριτικον*, character ejus est. Rerum creatarum character expressa illa forma est, quæ cum *αρχετυπῳ* in mente divina convenit, alii creaturæ non competens. Rerum vero arte factarum character est sua forma artificialis, qua ab aliis distinguitur. Sic suus scriptori, sic suus singulis hominibus est character in alio non inveniendus. Suo autem charactere insignitus *digito poterit monstrari* & *dicier hic est*, ut Persiano utar. Quidquid ergo Ecclesiam veram, quam a Luthero denominare solent, ab aliis Ecclesiis non distinguit: Quicquid aliis cœtibus impurioribus simul convenit, adeoque nostram cum alia confundit Ecclesia, id nostræ Ecclesiæ character non est. Sed vero non est a Christo dicta Ecclesia, quæ fidem operosam non doceat. Quid enim Papistarum fides charitate formata? *fides operosa.* Quid Arminianorum fides, mandata Christi servans? *fides operosa.* Quid Socinistarum fides, cuius forma & essentia sunt

G 2

opera?

opera? *fides operosa*. Quid fides Calvinianoru[m], quæ in justificatione conditionem novæ obedientiæ complectitur? *fides operosa*. Sic cum Interimistarum, Majoristarum, Weigelianorum, Schwenckfeldianorum, Memnonistarum, Fanaticorum quoru[m]cunque fide comparatum est. Egregius character, qui cothurni ad instar omnibus convenit! Indifferentistarum potius, qua ad Christianam tamen religionem referri volunt, vel Syncretistarum, quam nostræ Ecclesiæ hic character est, illis inserviens, qui facilem à nostris ad Pontificios transitum imo licitum faciunt.

§. 2. Aphorisimo sic probato ad sequentes transfire licebat. Sed vero taxantur non immerito *Gretserus* & *Hungerus* in Colloquio Ratisbonensi Pontificii omnipotentia promachi, una thesi negativa nostris affirmativis contradicentes, scripturamque solam esse controversiarum judicem negantes. Sic enim suum dissimulando judicem, elabendi semper rimam se habere certi, ne suum Pontificem in discrimen adducerent, cayebant. Eorum sequi institutum, cordati non est. Rejecto ergo falso charactere γνωστικοῦ Lutheranæ characterem nominare non gravabor. SOLO VERBO nostrum sonat classicum. Hoc charactere ab omnibus aliis nostra distinguitur Ecclesia. Papistas, verbo scripto, addere non scriptum, *Traditiones pari pietatis affectu suscipiendas*, ex Conc. Trid. Seff. IV. c. i. constat. Cum vero Papæ sit, de Traditionum veritate statuere, imo Papæ vel contra Apostolum dispensare liceat, characterem Pontificiorum hæc enunciatio sistit: Papa dixit. Τοι αὐτοῖς εἴθε Pythagoræorum sic imitari constat. Si ad eos, qui nobiscum Papatus ejecisse sordez videri

videri volunt, nos contulerimus, audimus quidem Calvini sequas ad verbum provocare scripturæ. Sed cum rationis judicium ita audiant, ut examinent, num quæ aperta scriptutæ litera dicit, cum ratione convenient, post lâpsum depravata tenebris obsita, in spiritualibus stolidæ, atque ad hujus ductum scripturam interpretantur: Scripturæ si non præferunt, addunt tamen rationem. Cum qua quomodo eam, quam præter rationem, præter scripturam, invenere gratiam irresistibilem conciliare possint ipsi viderint. Arminianos scripturæ rationem addere, Socinianos præferre etiam non est, quod dubitetur. Fanaticorum cœtus, sive Quakeros, sive Rosæcrucierianos, sive Anabaptistas, sive Puccianos, sive Labadistas, sive nostri temporis Separatistas, cuiuscunque fortis rogaveris, *lumen aliquod internum*, non secus ac Prophetas, quos B. Lutherus *νατ' αυτιφρεστιν* coelestes vocat, scelestos vocando, scripturæ vel addere, vel præferre, in solis mensa positum est. Alios qui Fanatici, quidem dici nolunt, provocare ad propositionem: *quicquid ratio ex Scriptura S. illuminata dicit, id verum est*, atque adeo hoc pro primo quasi principio ponere, non minus constat. Sic nulla est Ecclesia cuius & credens & credita fides, solo verbo patefiat, quam nostra γνησιως Lutheri ministerio gaudens. Heic singulæ conclusiones tam Theticæ, quam Practicæ, verbo Dei nituntur, & solo quidem. Heic convercio solo verbo peragitur; hic fides solo verbo accenditur, solo verbo confirmatur, solo verbo perficitur. Hic virtutes spirituales e verbo hauriuntur, hic finis fidei solo verbo & ostenditur & percipitur. Solo verbo, inquam, *audito* in scripturis, *viso* quasi in sacramentis.

G 3

Cum

Cum vero salvari nemo queat, nisi justificatus, SOLI VERBO, tamquam medio δοτινῷ subordinatur in relatione medium ληπτικὸν SOLA FIDES. Verbo enim, nisi fides adhærere non potest. Hinc Paulus ait: *justitiam ideo ex fide esse, ut sit firma promissio. Sentit enim promissionem non posse accipi nisi fide: Apol. p. 69.* Hæc causa est, cur & hic quasi character Ecclesiæ sit, quo sola fides justificare salvare dicitur, quo ab hypocritis sanctulis, & quibuscumque sua opera in articulum justificationis immitentibus secerni possumus. Quod qui ita interpretatur, ut nosmet ipsos exarmasse contra adversarios statuat, imo cum hostibus colludere, & puram corrumpere doctrinam clamat; næ aut ille nostram ignorat doctrinam aut corrumpit ut habeat, quibuscum pugnet, larvas. Maledictus enim esto, qui fidem cum malo stare proposito posse doceat! maledictus esto, qui fidem veram & salvificam esse otiosam, aut esse posse statuat! Sola tamen fide justificamur, quia ante, quam operari bene possit eopse, quo fides vitam accipit, momento justitiam Christi accipit & justificationem. *Opus enim Dei est fides, Job. VI, 29. Et justificatio, Rom. III, 26.* qui eodem momento utramque concedit. Sed vero eodem hoc momento patitur prius accipiendo gratiam justificam, tum in Deum fertur evangelica primum activitate dein legali. Secus per naturæ finitudinem non potest. *Sic sola justificat fides, quæ nunquam est sola.* Nunquam, inquam, est sola. Christum habet, qui sola sit? In Christo & per Christum & cum Christo eopse, quo Christum accepit momento, gradata sit bene agendi potentia, proposito, studio, conf. F.C. P. 586. art. VIII. & Aphor. XVII, XVIII.

APHOR.

## APHOR. XXVII.

*Nullius fides tanta est, quæ præceptis divinis exacte servandis aut implendis, sufficiat.*

## §. I.

**J**USSIT Deus, ut præcepta ejus servemus. Dedit decalogo comprehensam voluntatem suam. Hic inventur divina præcepta, *νόμος εγγών*, Rom. III, 27. Atqui hæc præcepta sunt proprie dicta. Succedunt, quæ a Domino nostro Jesu Christo in specie nominantur *præcepta Jesu*, i. Joh. II, 3. hæc præcepta *νόμος κατεων* audiunt, Rom. III, 28. & quamquam Imperativis vocabulis proponantur, non magis præcepta sunt, *in rigore* sic dicta, quam quibus medicus manum porrigere aut eleemosynam accipere jubetur. Quæ vero in hisce præceptivis orationibus vim obligandi habent, ex lege *non ex evangelio* eandem habent eo nimirum præcepto, quo Deo obedire jubemur & confidere. Qui secus docet limites migrat legi & evangelio constitutos, imo evangelium cum lege confundit. Neque secus Scherzer. L. X. §. 6. n. p. 285. statuit. Ex universalitate quidem obligationis Evangelium omnibus destinatum probat. Obligationem ex Evangelio ortam non somniat. Loci temporisque circumstantiaz, l.c. eandem thesin probant. Quis vero ex Evangelio illorum cognitionem petierit? Ita Paulus ex Metaphysica totius & perfecti descriptione notitiam nostram fragmentosam esse cessaturum, graviter probat, i. Cor. XIII, 9. Totius tamen & fragmenti descriptionem Evangelium non docet. Ex

conclusione, scil. & thesi probata judicandum est, legalisæ an evangelica doctrina proponatur, non ex termino, quem dicunt medio. Fumum ergo vendit B. Scherzero aliam affingens mentem. Ejusdem peccati reus est, qui pœnitentiæ fidei baptismi, seu eucharistias necessitatem intuitus, eos qui hisce rite operam dedit, præcepta divina servasse dixerit. De his Lutherus: Die andern die Elgeln, oder wenn sie es besser machen wollen, so machen sie aus der Tauffe, Glauben, Abendmahl, und dem Evangelio, ein lauter Gesetz und Geboth, wie die Wiedertäuffer und Sacramentirer thun. Das ist nicht recht Gottes Wort gehört. Tom. V. Altenb. p. 658. a. f. seqq. Epicrisis viri aliam vis? En habes: Ja wohl, sie dürfen noch gar herrlich und troziglich rühmen, wie sie die rechten Apostel Christi, und die allerreinsten Evangelischen Prediger auf Erden seyn. Und ist doch anders nicht möglich, dieweil sie das Gesetz mit dem Evangelio vermischen, sie müssen des Evangelii Verkehrer seyn, Tom. VI. Alt. p. 553. a. f. seqq.

§. 2. His ita præsuppositis obligatio nostra fatenda est. Debitores sumus, præceptis exacte implendis, præceptis inquam legis. Hanc obligationem, quoties mandat, Deus nobis inculcat. *Ab obligatione autem ad executionem ad obedientiam non valet consequentia.* Eheu, quam multi sciunt cum Atheniensibus, quæ recta sunt & facere detrectant? Eadem imbecillitate ab hac ad potentiam implendi concluditur. Quæ Pontificii, Arminiani, Sociniani in medium proferunt, Melodius recoquit, sanctitate propria tumentes corde premunt, ore missitant, dudum refutata sunt. Hominis per lapsum

lapsum contracta imbecillitas, divino derogare juri, non potest. Mandat ergo ad quæ homo obligatus est, quamvis post lapsum impossibilia; neque quidquam a mandandi rigore & præceptorum tenore, remittit legislator. Si mutaret vel legem, vel legis rigorem, sanctitas divina mutationi esset obnoxia. Imo lapsus multum contulisset homini libertatis. Ante enim, ad rigorem legis erat obligatus, per lapsum vero ab eodem liber factus Deus vero obligatus, ut æquiora & faciliora mandata ferret. Quodquam absonum, quam horrendum, quam blasphemum sit, quilibet videt vel mediocri instructus rerum cognitione. Atque sic perit, quod in prima positum est acie, pro possibili præceptorum divinoru[m] impletione argumentum.

§. 3. Secundum videtur fortius. *Sunt qui præcepta servasse divina dicuntur.* Sed intueamur verba שָׁמֵר, נִצְרָה dicitur pius præcepta divina. Utrumque propriæ custodiæ dicit. Inde משמר Jes. XXI, 8. Gen. XL, 4. XLII, 17. carcere notat & officium custodis ergastuli. Et qui urbem obsidet, ne quisquam elabatur נוֹצֵר dicitur Nahum II, 2. Ita qui linguam frenat eodem vocabulo insigniendus est. Ps. XXXIII, 13. Φυλατζειν Græcis idem notare, extra controversiam est. Et τηρειν λογον Pharisæi dicuntur, qui verba captabant, ut nocerent Joh. XV, 20. Quoties ergo hæc vocabula de officio Christiano, erga præcepta divina, vel præstanto, vel præstito occurru[n]t toties custodiæ insinuant verbi & curam sedulam, ne quod verbum animo memoriaz cordi excidat: Ne vel dolo, vel vi Satanæ verbulum depravetur, eripiatur. Magistratus pariter

atque Ministrorum Ecclesiæ hæc cura ratione officii competit. Christianis singulis pro cuiuscunque modulo eodem enitendum. Quod qui faciunt non committent quidquam, quo verbo promissa bona sibi eripiantur, aut pœnæ in transgressores constitutæ attrahantur, aut si deviarunt forte, in viam redeunt per pœnitentiam. Idem ex locorum inductione B. GERHARDVS observavit, scribens, τηςιν significare custodiam mediorum salutis, verbi nimirum & sacramentorum. Οὐλαττειν vero eam custodiam qua quis sibi cavit, ne sine fidei, quæ salus est, i. Petr. I. excidat. Harm. Evang. Tom. II. p. m. 1676. Germanis eleganter exprimitur über Gottes Wort halten, sich an Gottes Wort halten; darbey aushalten, sich darenach halten, in dessen Betrachtung und Übung heilig sich aufhalten und verhalten. Plura dabit GATAKERVS de stylo N. T. p. 106. seqq. quem non excrisco. Ita vixisse & vivere quoslibet salutis suæ studiosos nemo negat; qui negligit, רמייה dolose fraudulenter & negligenter agit, maledictus est, Jer. XLIX, 10. Qui vero inde mandatorum divinorum exactam & ad rigorem legis adactam implationem perfectionemque astruere laboraverit hiscum mulget.

§. 4. Restat illa notio qua עשה & ποιει dicuntur pii verbum Dei, & ποιηται τα λογγις audiunt. Hoc argumento Melodius superbit. Sed vero si eo exacta impletio legis describitur, Christo non erat opus. Attende ergo ad verbum ejusque significationem. Num Mephiboseth extra lugendi sortem constitutus fuos etiam creasse vel pedes, vel barbam dixeris, cum in luctu רגלו ושבמו לא עשה 2. Sam. XIX, 24. dicatur? B.

LV.

LV THER VS rectius locum interpretatus reddit:  
Er hatte seine Füsse noch seinen Bart nicht gereinigt.  
Ergo notio hæc non tantum creare exacte facere, sed  
circa rem quandam vel exornandam occupari significat.  
Ita circa verbum divinum & amandum & retinendum  
circa verbi & studium & obedientiam occupati sunt pii.  
Sin ex Græco ποιεῖν plus extorquere studueris, ipsos eth-  
nicos impletores legis feceris. Hi enim ποιεῖν ταῦτα  
νοοῦσι dicuntur Rom. II, 14. Sic Pelagianismus, imo pe-  
jor Pelagianismo, opinio in Ecclesiam introducetur,  
quod Deus prohibeat! Prostrata ergo est Melodii, &  
qui hoc argumento nituntur, superbia p. 556. de-  
monstrata.

§. 5. Objicitur tandem *Perfectorum*, *Perfectionis* notio, in Hebræis חִים תְּמִם & תְּמִם latens. His vero sinceritas, simplicitas, (*homo απλασος* ut LXX. Gen. XXV, 27. vertunt:) indigitatur. Ipsa vulgata litem definit Gen. X, §. 6. Idem significat Græcorum τελειος imo beneficium, pacificum & integrum ein Mensch, der es redlich mit Gott und seinem Nächsten meint. cf. B.B. CHEMN. & GERHARD. Harm. Tom. I. p. 439. SALMAS. de fœnore Trapezitico p. 286. HEINS. Exercit. N. T. p. 584. Colomes. Obs. S. p. 170. Bibl. Brem. Cl. IV. p. 951. Eadem observatio facit ad Matth. V, 4. 8. quo Deus dicitur τελειος, ad cuius exemplum τελειοι esse jubemur. Ut enim Deus non propter lucrum, sed internum amorem nobis benefacit, ita & nos proximo debemus. Hic loci sensus est, ex textus συναφεια. Qui secus agit, Publicanos imitatur, suos tantum amicos, quos ex lucro metiuntur, amantes. Altera hujus vocis notio viros justæ etatis signi-

significat τῷ νηπιῷ oppositos. *i. Cor. XIV, 20.* hic nobis eritendum. Imo & dari viros in domino *Eph. IV, 13.* patet. Talis τελείος opponitur τῷ απειρῷ *Hebr. V, 4.* cf. Unsch. Nachr. ad annum 1704. p. 47. Hi sunt non πνιγασμένοι tantum, sed & χρηστοὶ καὶ οικτιζομένες. DANNHAVE R. Christeid. Protheor. Phænom. VII. p. 63. f. continent linguam *Jac. III, 2:* sunt patientes *Matth. V, 48.* non vero absolute perfecti. Hæc in præsentem vitam non cedit felicitas. Tertia & maximè attendenda vocabuli hujus significatio Christianoru[m]m privilegia & dignitatem concernit. Ad regale sacerdotium vocati sumus. Ad hoc officium initiamur Christi sanguine. Hinc baptismus τελειωσις audit pijsPatribus. Sic τελεῖοι Christo inserti, qui sua se morte τελειώθαι dicit *Luc. XIII, 32.* & τελειωθεῖς δια παθημάτων *Hebr. II, 10.* Cum enim Christo per mortem & passiones nihil perfectionis accessit, idoneus tamen redditus est, suo ipsius sacrificio, ut, cum sanguine suo, noster summus Sacerdos Sanctum Sanctorum ingredi posset *Hebr. IX, 23. seqq.* & ad dextram Patris sedens pro nobis intercederet, *Rom. IIIX, 34. Hebr. IX, 23. seqq.* Hæc verborum τελείων, τελειώθαι, item τῶν τελειῶν profanis etiam auctoribus est significatio. Inde sacrificia ad munus sacrum præparandis necessaria τελεῖαι dicebantur, cf. *Jenſus Fer. liter. p. 27. f. Apul. Metan. L. XI. prope f.* Nullum ergo in sacro codice vocabulum est, nullus locus, quo perfectio hominum omnimoda adstrui possit. Imo τελείω est suam agnoscere imperfectionem, *Phil. III, 12.* donec corona justitiae accepta, ad cœlum τετελειωμένων pervenerint *Hebr. XII, 23. Job. XVI, 23.* Ultima enim justificatio mortuorum est *Rom. VI,*

*VI, 7.* Hinc martyrio mortui *τετελεσθενοι* Patribus dicuntur. Qui vero alias præterquam pie defunctos hoc nomine insignit A V G V S T I N O taxatur cf. GERH. Harm. T. II. p. 1704. b. F E S S E L. Adv. S. T. II. p. 546.

§. 6. Supereft ut de *divina*, quam Henoch vixiffe dicitur, vita, quainque suæ domui rite gubernandæ studentes, vivere dicuntur viduæ, exponam. B. L V T H E R V S inde fine dubio, quum a nobis exigit in catechismo minore, vitam piam Germ. *göttlich* dictam, derivat. Dei vero perfectio quin summa sit, quis dubitet? Hunc qui consequitur non merus homo, sed Deus sit necesse est. Sed vero ea ipsa efficit ratio, ut nemo hanc assequi posse dicendus sit. Quî ultra creaturæ limites meera creatura adscenderet? Hinc Spiritus S. cavit, ne quis hac opinione, vel ipse turgeat, vel alios offendat. Nullibi enim in S. codice, sive Hebræum V. sive Græcum N.T. excusseris, sententia exstat, quæ vitam mere diuinam ab homine vel exigat vel actam doceat. De Henocho *Genes. V, 22. 24.* legitur *הַחֲלֵךְ אֶת יְהוָה* *ambulavit cum Deo ex interpret. vulg.* seu secundum Deum, ita Jun. & Tremel. qui ad marginem notant: h. e. *non est secutus malitiam sui seculi, aut, contemptu Dci cultu, cum ceteris depravatus, sed certa fide cordis integritate & vita innocentia Deum coluit, ex præscripto eius, eumque ducem secutus est vid. Hebr. XI, 5. Sir. XLIV, 16. Sap. IV, u.* satis ad rem. De ipsa phraſi nunc dicendum. *הַחֲלֵךְ* conjugationis est reciprocæ. Notat ergo ſe ipsum ad ambulandum disponere. Hæc vocabuli emphasis eſt. Quorsum ergo tendebat Henoch? Quem intuebatur viæ scopum? *אֶת יְהוָה* *Quo diutius vive-*

vivebat, eo proprius accedebat ad Deum. Hæc certa Christianis præscripta est regula hanc sequuntur. Quamvis Dei perfectionem non adæquent, neque vitam pure divinam agere possint. *Scopus vita meæ Christus*, dicebat olim pro Symbolo B. HOE ab Hænegr. Proto-Theologus ille Saxoniæ post fata meritissimus. Ita Henoch. Conferenda mihi videtur cum phrasi latina, virum bonum, Catonem, vivere &c. Nequemajor a viduabus requiritur sanctimonia. Εὐσεβεῖν debent τοιδιον, aut ut alia exemplaria legunt τῷ ιδίῳ. Εὐσεβεῖς ergo injungitur πρὸς πάντας ὡφελίμος 1. Tim. V, 4. c. IV, 8. Quis vero unquam εὐσεβεῖαν cum divina perfectione comparandam recte dixerit? Lutherus ipse itaque in latina catecheseos editione, ut *PIE vivamus* scribit. Sic omnis perit ambiguitas.

§. 7. Notionibus, quæ in subsidium perfectionis vocantur explicatis & vindicatis omnibus argumentum restat, quod herculeum singitur, expediendum. Aut noluisse, aut non potuisse Christum tantum adquirere, ut ad perfectionem perveniant, si hæc quidem in vita plene sit impossibilis. Utrumque cum Christi perfectione pugnare putant. Illud cum amore adversus nos suo; hoc cum potentia & pretii pro nobis soluti valore. Imo inquiunt majorem esse Satanae potestatem statuendam, quam Christi Salvatoris. Ille enim totum perdere genus humanum adeo potuit, ut ne Christi quidem satisfactionio & mors amissam restituere perfectionem posset. Ita insurgitur. Sed satis irarum! Bona verba quoefo! Uti condemnatio ad omnes, ita & justificatio vite ad omnes pervenit, Rom. V, 18. Imo gratia exuberat (*υπερεργοστευτε*) peccatum, tantum abest, ut vin-  
catur,

catur, Rom. V, 20. Christi justitia, pro amissa, imputatur peccatori per fidem. Numquid non plus collatum in nos, quam deperditum in Adamo est? Christi certe justitia major est ea, quam Adamus habuit. Inhærentem quæris? Imo & inhærens est *justificatis*, in sanctificatione, quæ ipsa immutabilis redditur *in salvato*. Atque hæc pristinam eo superat, quod amplius amitti nequit. Sed vero moriendum prius est. Hæc non Satanæ potentiam, sed judicis sententiam, nunquam mutandam probant; hæc iram Dei adversus peccata, judicant, non imbecillitatem satisfactionis Christi. Num tu a Christo, sententiam Dei decretoriam mutari debuisse putas? Imperfectionis hoc signum esset, imo inobedientiæ. *Parris voluntatem expleturus venerat*  
**CHRISTVS** non mutaturus, Joh. IV. V. VI. Neque felicitas patriæ dari potest viatori, per rerum naturam. Tune istud absurdum a Christo exigis? Tune postulas, ut formes peccati naturæ lapsæ ante obitum eximatur? Ita mors tolleretur. Ita homines nascerentur, quibus Christo non sit opus. Caveamus ergo, ne fœcundis ingenii fœtibus, plus justo tribuamus. Suos Archimedes circulos turbari nolebat, tu divinos turbas. Cum Luthero ergo statuimus. So heisset der Mensch alledings vollkommen NB. gegen den Leuten durch die Liebe. Für Gott aber nicht durchs Gesetz, sondern durch Christum, den er in seinem Glauben ergreiffet als den Gnaden-Stuhl, der für mich setzt seine Heiligkeit, und mir schenkt, daß ich in ihm habe, was mir zur Seligkeit nöthig ist. Das ist nun die rechte reine Lehre, welche man soll glauben Tom. VI, Alt. p. 430. Denn Gott hält

hält allein die vor fromm, welche glauben Tom. IX.  
 p. 127. b. *Hæc enim & hominis vera sapientia, imperfectum se nosse, a que ut ita loquar, cunctorum in carne justorum imperfecta perfectio est, dicente HIERONYMO L. i. dial. adv. Pelag. c. 5. p. 228. a. edit. Colon. 1616.* Nec hæc dicentes adulamur vitiis, sed auctoritatem sequimur scripturarum, quod nullus homo sit absque peccato, sed conclusit Deus omnes sub peccatum, ut omnium misereatur id. Tom. II. Ep. ad Algasiam q. 8. p. 361. a. f. His auctoribus post Scripturam S. omnino gravibus adstipulantur LL. Symbolici. Facile homo imaginari & persuaderi sibi potest, vitam & opera sua omnino pura & perfecta esse. At lex Dei creditibus bona operu ad eum modum prescribit, ut simul tanquam in speculo commonstret ea omnia in nobis in hac vita imperfecta & impura esse &c. F. C. 722. 723. Nam ut verba Apologiae addere liceat: *Illa legie impletio est quidem justitia, cum est integra, sed in nobis est exigua & immunda p. 89.* Quid opus est longa disputatione. Tota scriptura, tota Ecclesia clamat, legi non satisficeri. Non igitur placet illa NB. incoata legis impletio propter se ipsam, sed propter fidem in Christum. Alioqui lex NB. semper accusat nos. Quis enim satis diligit, aut satis timet Deum? Quis satis patienter sustinet afflictiones a Deo impositas? Quis non sape dubitat? Quis non sape stomachatur, quod impii fortuna meliore utantur, quam pii, quod pii ab impiis opprimuntur? Quis satisfacit vocationi suæ? Quis diligit proximum sicut seipsum? Quis non irritatur a concupiscentia? pag. 91. Ita perfectionis opinionem LL. symbolici

pro-

prosternunt, his qui contrarium statuit, nosfer non est.

§. 8. Excipientem audio, *non illam, quæ secundum legis rigorem requiritur, perfectionem postulari, sed aliam, quæ ad επιειματα Evangelicam est accommodata.* Hanc partium, non graduum esse, & pueris in fide non minus, quam viris competere. Sicut tota essentia humana, corpus non solum organicum, sed & anima rationalis puerō inest recens nato. Bene res habet. Concedisne ergo legem impleri non posse? Præcepta perfecte fervari non posse? Si ais, quid totam Ecclesiā accusas? quid eadem doctrina vitiis fenestrā aperiri & portam calumniaris? quid litigas viti-litigator? quid λογουμαχεις λογουμαχε? Si nobis-cum sentis, cur contra nos insurgis? Quid *conatismi* accusas, quos audis beneficiendi conatum (non ignavum illum & stertente, nuda velleitate, vel voto contentum, sed sincerum verum, ardua adoriente, cum magno nisu & audente studio) piis concede-re & credentibus perfectionem tribuere nolle? quid perfectionem crepas? Imperfecta perfectio ipsa est imperfectio. Hanc defende cum *Paulo*, glo-riam perfectionis deprecante, imperfectionem suam confitente, & ab omnibus perfectis imperfectionis confessionem exigente, *Phil. III, 12. 15.* Scapham sca-pham nomina, quid inusitatum affingis sensum verbis? Quid partium perfectionem obtendis ad metaphysicas subtilitates non adsueticis? Numquid metaphysicorum subsellia sunt adeunda, subtilissima hujus doctrinæ placita cognoscenda prius, quam catechesis discenda? Quis, ergo rusticorum? quis puer elementarius? quis

H

legen-

legendi imperitus ad salutem eruditetur. Imo cum tua partium perfectione Ethicos accede, & quid sentiant, roga. Nostine illis perfectum nihil esse, nisi quod absque defectu morali est, quod inculpatum est? Si hæc Ethics est ~~angibesia~~, quanto majorem Theologiam putas? Aut ergo mihi hominem monstra, qui absque defectu morali in sensu theologico sit aut perfectionem hujus vitæ non nisi comparatam, & pro infirmitatis modulo, h. e. imperfectam mihi concede. Profecto illud, quod minus est, quam debet ex vito est, verba sunt Augustini Ep. 29. Vera quæ nobis inest perfectio imputata est, qua relative sumus perfecti, absolutissima REDEMPTORIS perfectione. Quæ vero inhæret, incoata tantum est non consummata, non absolute sed comparet talis, non tam ratione actus, quam conatus. Omnimoda perfectionis consummatio in cœlis est. conf. Calov. Philosoph. p. 228. Vita enim hæc ut mortalis ita imperfecta est F. C. p. 724. Quid patriam cum via; quid gloriam cœlestem cum hac infirmitate confundis?

§. 9. Sed vero prodeat tua ut examinetur, qua superbis, partium perfectio. Homini inhærens dicitur, ad partes ergo hominis attendendum est. Ad verbi præscriptum fingitur. Ejus ergo partes considerandæ sunt. Hominem ergo intuere non qua naturam, sed qua acceptam in Christo renovationis gratiam. In homine sic considerato non anima tantum cum suis facultatibus, & corpus cum membris & sensibus cum externis tum internis sub examen revocanda; verum & renovationis status. In hoc vetus quidem homo crucifigitur, vincitur, subigitur, non tamen plene mori-

moritur, neque deponitur. *Vetus enim ille Adam, quasi asinus indomitus & contumax est etiam PARS adhuc aliqua IPSORUM, quæ non modo legis doctrina, exhortationibus impulsu & comminationibus, verum etiam quasi fuste, plagis & pœnis coercenda, in obedientiam Christi cogenda est, donec carnem peccati prorsus exuamus, & homo perfecte in beata illa resurrectione renovetur.* Verba sunt F. C. p. 723. seqq. Dum hoc homini renovato malum inest, omnes hominis partes tam internas, quam externas inficiens, ubi tua partium est perfectio? Nunquid & residua veteris hominis portio perfectionem induit? Sic partium humanarum nulla est nisi imperfecta. Norinam vero perfectionis spiritualis verbum divinum intueamur. *Habes hic operum, habes fidei legem, Rom. III, 27.* Hæc eam, quæ credit & quæ creditur, fidem; illa Dei simul & proximi, sive que ipsius amorem normat. Ad hanc regulam te execute, neque neglige illud verbum, quod de concupiscentia datum, Paulus implere non potuit. Ubi jam tua fidei, tua vitae perfectio? *Paulus cognoscit, sed tantum ex parte, 1. Cor. XIII, 12.* Paulus cum cordolio queritur, se concupiscere, *Rom. VII, 8.* Major ne est tua, quam crepas, sanctitas? Hæc cine est illa laudata partium perfectio? O pannum menstruatum! aliam tamen scriptura perfectionem inculcat, *amorem ex puro, corde bona conscientia, fide infucata, 1. Tim. I, 5.* Ad ejus normam Paulus studet, sine offendiculo conscientiam habere, *Actor. XXIV, 16.* Hoc studium (*αστησις*) perfectorum est non minus, quam *confessio defectuum, Phil. III, 12.* utrumque facit, ut renovati sint εὐλαύνεις καὶ απροσκοποί καὶ Ιεδαιοίς καὶ Ελ-

*λησι ηγή τη Εκκλησία τε Θεος, 1. Cor. X, 32. Phil. I, 10.*  
*sinceri, sine offendiculo, scandalum vel non dantes,*  
*deprecantes, ut virtus Dei in infirmitate perficiatur,*  
*2. Cor. XII, 9.*

## APHOR. XXVIII.

*Fides justificans charisma est viatorum, non*  
*comprehensorum, regno gratiae non vero*  
*gloriæ, proprium.*

## §. I.

**N**isi scholasticorum quisquiliæ sub pietatis prætextu in Ecclesiam denuo injicerentur, Aphorismo non esset opus. Nunc alia ratio est, cum regni gratiae & gloriæ, committitur confusio. Illud non nisi post lapsum incepit. Status enim innocentiae restauratione gratiae non indiguit creationis gratia satis superque ornatus. Media quoque, quibus reparanda erat, quam amiseramus, justitia ex statu innocentiae excludebantur. Neque Redemptor, neque lytrum neque verbum, *qua penitentiam & conversionem gignit*, neque sacramenta desiderabantur. Propria & inhærente justitia ornatis imputata non erat opus, imo addi non poterat. Deerat ergo, quæ *imputata tantum nititur justitia, fides justificans*. Hoc ipsum argumento est, regno gloriæ eandem non competere. Major enim comprehensores manet felicitas, quam in Adamo amisimus. Hoc minus fidei, *qua justificare locus ibi est relictus*. Cessant fidei gignendæ vel conservandæ media, verbi prædicatio & Sacramentorum administratio. Cessat objecti fide apprehendendi ad fidem necessar-

necessaria conditio. Christus enim, quem fides quamvis *non visum* tamen *tenet*, ibi videtur ut est, *i. Joh. III, 2. i. Pet. I, 8.* Cœlestia bona, quæ sperabantur in tempore, tum possidentur. Eorum *υποσασις* amplius in Christo *solum credito* non est, sed ipsorum substantia & fruitione gaudent beati, quam qui maxime. Deest quo cum pugnet hostis; deest amisibilitas; deest justificandi actus, ejusque continuatio; deest judicium post extremum aliud. Qui sub tuto regunt, fidelibus bonorum æternorum a Christo partorum possessio plenissima nondum concessa, sed deinde speranda est, *Gal. IV, 1. 2. Rom. VIII, 17. 24.* Possessio simul & usus liberrimus sanctis contigit cœlitibus. Cumque totum Christi officium, quod propheticum audit, cesset cum *regno gratiæ Patri tradito, i. Cor. XV, 24.* fides quoque ex hoc officio oriunda cesset necesse est. Cessant ergo omnes fidei partes, cessat notitia fidei verbo orta, fragmentosa, manca, mutila, debilis, puerilis, ænigmatica, *i. Cor. XIII, 9. seqq.* Cessat adsensus, qua judicium continet de propositionibus biblicis, ex scriptura per Spiritus sanctificantis gratiam, excitatum & confirmatum. Cessat fiducia, qua non visa & fiducia sub notione præsentium propter veritatem in scriptura loquentis Dei apprehendit. Cessat tribunal, cui hanc offerre quasi manum mendicantis possit. Cessat miseria per fiduciam fidei justificantis tollenda. Beatisimi olim Proto-Theologi Dresdensis Dn. Sam. Bened. Carpzovii verbis rem ediscere liceat. *Jene Seeligkeit ( beatitudo gratiæ ) war objectum fidei, die Sache die der Glaube ergreiffet. Diese ( beatitudo gloriæ ) ist finis fidei, der Endzweck wohin er zielet, i. Pet. I, 9. -- Hier*

besteht die Seeligkeit in Vergebung der Sünden; dort aber wird alle Sünde vßligr abgethan seyn, non ut non ob sit, sed ut non insit. Hier wird die Seeligkeit im Wort und Sacramenten angetragen, und im Glauben ergriffen. Dort aber werden wir unsern Heyland nicht unter der Decke der Sacramenten, nicht im dunckeln Wort mehr, und als durch einen Spiegel, nicht Stück-weise, sondern von Angesicht zu Angesicht erkennen rc. 1. Cor. XIII, 8. 9. 10. 12. Der Glaube selbst, der doch hier im Reich der Gnaden alles und in allen ist, wird alsdenn aufhören, und das Schauen folgen. Und da die Seeligkeit, die wir hier haben, leider gar leicht verloren gehet, Gal. IV, 26. 2. Pet. III, 17. Deshalb wir schaffen müssen, daß wir seelig werden mit Furcht und Bittern, Phil. II, 12. So wird hingegen jene Seeligkeit, auch dis Stück der Engel Gleichheit, (deren Matth. XXII, 30. Marc. XII, 3. Luc. XX, 36. gedacht wird) bey sich haben, daß wir eben so wenig, als die in Güte bekräftigte Engel, aus derselben werden entfallen können. Luc. XVI, 26. In der Vorrede der Miltizischen Anweisung, p. 24. §. 14 15. ap. 28. conf. Danhauer. Hodos. p. 13. tab. A.

§. 2. Nolim tamen objicias, *num beati cœlites Deo credituri non sint.* Qualitas illa & virtus, quæ fides audit, non manet tantum; Sed augetur, non minus quam charitas æternum mansura & augenda. Tunc enim oculis usurpantur, quæ olim credebantur. Notitia ergo est perfectissima. Adsensus robustissimus nullis dubitationibus neque obnoxius, neque movendus unquam. Quies absolutissima in Deo nunquam mutabilis.

Eo

Eo felicitatis fides justificans eniti quidem pervenire non potuit. Eadem vero fidei justificantis finis est, 1. Pet. I, 9. Quantum ergo interest inter metam & cursum, inter coronam & pugnam, tantum interest inter fidem beatorum in cœlis, & fidem justificantem.

S. 3. Inventum tamen est, quod objiciatur. *Esse scilicet beatos in aeternum Christianos.* His fidem in Christum esse necessariam. Christum non vivere tantum in aeternum, sed & officium administrare tam regium, quam sacerdotale. Hujus esse intercessionem, actum in aeternum meritorium & imputabilem & imputandum. Esse præterea bona cœlestia, oculis corporis non penitus percipienda aut sensibus. Turcis hunc paradisum relinquendum. Quæ vero animam afficiunt, non nisi intellectu & voluntate posse accipi. Accedit tantum esse divinorum bonorum magnitudinem, deitatis abyssum, ut nisi fide accipi non possint. Ipsos angelos desiderare παρανυψατι, quidni homines ισαγγελες. Perfici horum intellectum simul & voluntatem in infinitum, ad modum creaturæ finitæ. Complementum superare omnem fidem, qua fiducia in Christum nixa in aeternum utatur, ex cuius consortio, colloquio, majorum bonorum secuturam seriem certo confidat. Neque necessum esse, ut qui Christum fide justifica apprehendit, eum non videat. Thoman tum demum salutariter credidisse, cum Christum videret, Job. XX, 18. Haec sunt forte quæ sententiæ hujus Patroni in medium proferunt, nihil probantes præterquam fidem, a regno gloriae non abesse. Sed vero hoc ipsum non concedo, tantum, verum & defendo. A fide tamen, qua tali, ad justificam non magis valet consequentia, qua a

genere ad speciem affirmative colligentis. Et Angeli credunt, fide tamen non justifica, sed hanc multis para-sangis superante. Talis est beatorum conditio, quorum salus meriti Christi effectus est, & ita confirmata, ut iterata justificatione non indigeant, sed parta per Christum justitia æternum fulgeant, nunquam non præstata sibi a Christo beneficia animo recolentes gratissimo, concentu celebrantes suavissimo, ipsumque Christum coram tam intuentes, quam amplexantes. Hanc autem dicere justificam argumenta superius allata vetant non minus, quam fidem in statu innocentiae, de qua Calov. Tom. I. Syſt. p. 22--26. Haberkorn. Tom. VIII. Giess. Disp. XV. p. 483--487. Hulseman. de Auxil. Grat. p. 53--59.

§. 5. Maximum tamen causæ præsidium *in Christi interpellatione* situm credunt. *Hanc æternam esse & duraturam eis dñs vñnes*, Hebr. VII, 25. docetur. Eandem esse meritoriam statuitur. *Novum meritum fide justifica apprehendendum esse defenditur*. Atqui hoc facere officii sacerdotalis æternitatem, non tantum, *qua effectum, sed & qua administrationem*. De hoc ergo scrupulo curatius dispiciendum restat, & quidem *coram Pufendorffio*, qui judex citatur *de J. N. & Gent. p. 140.* scribens: *Scaturigo meriti præcipue præstatio operæ indebitæ*. Quis cordatior non horret hunc procedendi modum? Numquid ex Jure Naturæ & Gentium, de rebus divinis, de Christo, de Deo ferendum est judicium? Numquid plane elaborata est hæc Jurisprudential pars? Annon multa haec tenus incerta, sola probabilitate fulta? O mancum judicium probabilitate nixum! o rerum confusione, *qua naturæ corruptæ,* de

de naturæ non corruptæ, sed integræ autore Deo, judicium defertur! O horrendum naturalismum!

§. 6. Sed vero decernat, si potest *Pufendorffius*, in multis fallens. *Scaturigo meriti est præstatio operæ indebitæ.* NB. non sola, non perpetua, sed NB. *præcipue.* Addendum est ergo aliud quid, ut scaturigo hæc fluat. Omne meritum subest justitiæ compensativæ superioris, vel judicis vel domini, & habet relationem ad præmium proportionatum, atque ad rigorem justitiæ normatum, penitus æquale. Hæc ubi desunt, merita dici nequeunt, quamvis actiones indebitæ, utilissimæ, perfectissimæ & summe bonæ. Atqui vero Christus, ut *ex angustiis*, ita ex judicio *est liberatus*, *Jes. LIII, 8.* Dominus reapse dominans nullius dominio in æternum subest, forma servi deposita. Qui ergo denuo mereretur? Quis opera Trinitatis ad extra meritoria dixerit, quamvis indebita, optima, utilissima? Quis Deum Patrem, aut Spiritum S. causam salutis nostræ meritoriam, quamvis ille Filium mittendo, hic opus conversionis & sanctificationis perficiendo, & optime & indebitæ agat? Neque valet exceptio, num ita docens intercessionem Christi impetratiōne indignam putet. Dignissima est impetratu, neque tamen stricto sensu meritoria. A precibus enim ad meritum non valere consequentiam *Scherzerus* dudum evicit *Anti-Bell. Disp. III. ad Obj. III. Resp. a. p. m. 216.* Neque etiam a dignitate ad meritum, *I. c. Disp. XVI. c. II. ad Obj. III. Ref. a. p.m. 763.* ut adeo necessum non sit Scholasticos scrutari, num in cœlis constitutus merendi locum habeat. Quos sibi invicem oppONENTES & respondentes qui legere gestit, evolvat

H. 5

Com-

Commentatores in *Lombard.* L. IV. Sentt. Disp. L. c. I.

*S. 7.* Meritum certe Christi, obedientia ejus activa & passiva, absolvitur, cum legi non subjectus, legi se subdidit, legem implevit, legisque anathema pro nobis sponte sustinuit, adeoque exactissime satisfecit. Hujus satisfactionis perfectissimæ effectus est meritum, quidquid ovganniant Socini asseclæ, ejusque cothurnis fuos aptantes pedes. Atque hæc ad statum exinanitionis pertinuerunt, actionesque & passiones requirunt, in humilitate *imo ignominia* exantlatas. Alia exaltati est ratio, cuius actio nulla proprie est meritoria. Nam quamvis eas actiones, quas in ipsis *exaltationis gradibus* constitutus Christus ante peregit, quum ad dextram Dei Patris fuerat elevatus, Theologi *meritorias* vocent, non tamen merito priori, quasi non sufficeret, addi docent, sed easdem meriti perfectissimi obsignatorias habent, eaque ratione meritorias, observante *Scherzero Colleg. Antif. Disp. LIX. Resp. y. p. 487.* & *Disp. LXXVII. Resp. ad Obj. IX. p. 626.* Atque hac de causa, inter actus Christi adquisitorios, & applicatorios distinguunt Theologi. Illi meritum continent strictissimo rigore sic dictum, quoniam reapse merentur; hi non merentur denuo, sed priori eoque perfectissimo merito, tanquam basi nituntur, & gratiam partam adlicant. Eo ipso ergo, quo contrariæ sententiæ Patroni Christum honore afficere putant, honori ejus præter opinionem detrahunt. Qui enim perpetuo pro nobis, quod mercatur habet, ille unico merito & absolutissimo totum salutis negotium non perfecit. Hinc regula esto: *Quæ Christi actio ad obedientiam acti-*

activam & passivam non pertinet, illa proprie meritoria non est. Accedat altera: Quaecunque actio Christi non sit in relatione, ad judicium divinum, ejusque rigor iustificandum, illa proprie meritoria non est. Adnotandum ergo, verba sunt Feuerbornii, quod haec Christi in dextra Dei sedentis intercessio non sit acquisitionis meritoria remissionis nostrorum peccatorum, salutisque & vitæ æternæ. Nam λύτρον & αὐτιλύτρον, quod Christus pro nobis solvere debebat, jam ante abunde præstiterat perfecte, loco nostro legem implendo, & Deo Patri usque ad mortem crucis obediendo. Matth. V, 17. Phil. II, 8. unde in cruce dixit: CONSUMMATUS EST Job. XIX, 30. & Autor Epist. ad Ebræos X, 14. unica oblatione perfectos effecit in perpetuum eos, qui sanctificantur. Pertinet igitur INTERCESSIO Christi in dextra Dei Patris sedentis ad salutarem APPLICATIONEM beneficiorum, obedientia ejus perfectissima, quæ in vita & morte ejus eluxerat, nobis ante, & quidem MERITORIE ACQUISITORUM, Fas. V. Disp. V. §. 20. Opp. Theol. p. 658. & B. Gerhard. docet: Intercessio Christi est, qua pro nobis interpellat apud Deum vi meriti & satisfactionis præstite, quæ NB. illius est FUNDAMENTUM, L. de Pers. Christi §. 189. Ergo intercessionem Christi pro novo habere merito non vult. Aliud enim est fundamentum, aliud fundamentum ut Feuerbornii verbo utar. l. c. p. 870. §. 58.

§. 8. Nunc videndum, num Thomas fides ideo salvifica fuerit, quod Christum viderit. Sed vero ita colligens multum a scopo aberrat. Non credebat Thomas Christum resurrexisse. Cum vivum. cerneret, mani-

manibusque palparet, de veritate resurrectionis convictus factam credebat. Neque tamen Christum omnes redemisse videbat multo minus pro se praestitum unicui hujus Servatoris meritum oculis usurpabat. Postquam autem, quem nunquam resurrectum putabat, imo resurrexisse negabat, vivum viderat, verbi reminiscetur a Christo prædicati concionique jam habitæ fidei adhibebat fortissimam credebat, non quod videbat, sed quod viso Christo verbi veritatem nunc de novo expertus credebat. Colligebat nimirum, qui resurrectionis promissionem implevit, ille beneficium, cum resurrectione connexum non minus praestit adeoque pro totius mundi meisque simul peccatis satisfecit. Quid hæc ad fidem beatorum? Christum pro se satisfecisse non demum ex Christi intuitu percipiunt, sed sciunt, imo ejus effectum sentiunt. Absolutionem a peccatis ultimam in iudicio πανταχογίων acceperunt, a fomite peccati liberati imaginem diuinam plenissime induerunt, parta Christi merito bona non accepere tantum, sed omnem superare fidem experiundo discunt. Nihil est, quod sperare post ultimam laborum, imo fidei metam & finem amplius debeant præter æternam acceptæ felicitatis continuationem, si hæc quidem sperari potest, quæ non existere non potest. Credunt ergo, quod manibus vident oculatis. Hujus fidei effectus physica ratione connexus est gaudium æternum. Eo fides, qua justificat, non adscendit. Imputatur hæc ad justitiam, sed ex mera imputantis Dei gratia. Tantum abest, ut physico rerum nexu producatur effectus tam salutaris, tam necessarius. In via nimirum constitutis per-

perpetua & gratuita alienæ justitiæ imputatione opus est. Nunquam enim non peccant, quamvis in justificationis statu constituti. In patria vero ne peccandi quidem potentiam habent beati cœlites. Imputatæ simul & adquisitæ per Christum justitiæ fructus æternum percipiunt. Hos inter eminet justitia inhærens perfectissima ipsius Adami recens creati justitiam longissimo intervallo post se relinquens. Adamo tamen paradisi tantum terrestris non cœlestis incolæ aliena justitia neque desideranda erat, neque imputanda. Nulla illi expetebatur justificatio. Multo magis hæc ex patria exsulat. Ubi ergo imputationis actus querendus? Judicialis est actio. Sed vero post judicium extremum nullus alias actus judicialis est expectandus, ne idem judicium simul sit & non sit extremum. Quid supereft ergo, quam ut Reverendissimi Marpergeri ad tumulum Beatissimæ Reginæ, eheu olim nostræ! judicio Aphorismum finiam: So verändert sich dein Glauben in ein Schauen. Die Hoffnung muß auch verwandelt werden. Die Hoffnung, die mit bis zum Untergange gehet; die dich bis ans Grab begleitet. Und zwar muß die Hoffnung in ein seliges Haben sich verändern. -- Nun ist noch die Liebe übrig, die NB. allein in die Ewigkeit mit übergehet, wenn NB. der Glaube, wenn die Hoffnung Abschied nehmen.

## APHOR. XXIX.

*Hæc de fide doctrina non Epicureismo tantum  
& Atheismo: sed & Pbarisæismo, Papismo,  
Armi-*

*Arminismo, Socinismo, Schwenckfeldismo,  
Antinomis & quibuscumque de fide perpe-  
ram sentientibus, Novatoribus constanter  
est opponenda.*

## §. I.

**D**Udum est, quod Pontificii cum Arminianis & Socinianis, imo Calvinianorum aliquibus, qui Majoristicis imbuti principiis opera justificationis circa immiscere gaudent, Epicureismum nobis objecerunt. Obsoleta est fabula, innovatur tamen ab iis, qui præ ceteris & sapientes sibi & Ecclesiæ reformatores videntur. Accedit Melodius p. 486. seqq. multis & fannis & scismaticis libros Ecclesiæ nostræ Symbolicos conspurcans ipsumque B. Lutherum. Tolerari tamen hæc possent. Illi enim extra purioris Ecclesiæ pomœria constituti hostes nobis sunt. Quid illi non tentent? Hujus labor omnium bonorum concitavit odium. Gravius est, quod dolimus fatum, imo infandum: *Exarmari Ecclesiam, colludi cum veritatis hostibus, puram corrumpi doctrinam horrendam, multis nominibus blasphemiam committi evangeliū abdicari. Christus Spiritum S. Deum ipsum negari, non Epicureismum tantum, sed & ipsum Atheismum induci, diabolicam & fidem & societatem commendari, per eam quam haec tenus proposuit Ecclesia nostra, de fide doctrinam audacter scribitur, propugnatur, in Ecclesiæ nostræ subsellio non infimo. Steterunt legenti comæ, vox hac sit faucibus. O miseraim Ecclesiæ sorte in lacrymis superiorē!*

## §. 2.

§. 2. Deserenda tamen non est neque Ecclesia, neque Ecclesiæ doctrina. Imo per hæc ipsa statum inabitur scommata. Ethnicismi enim & Atheismi theoretici inculpatio se mutuo tollunt. Ethnici Atheos necant. Ita oderunt Atheismum. Et nostra utrumque conciliet simul doceat & inducat scelus doctrina? πολυθεοῖς quidem reapse αθεοτης est, cum qui plures Deos colat, non-ens veneretur. Nostra tamen de fide doctrina neque non ens pro Deo ponit, (nisi forte Socinistis, Trinitatis hostibus,) neque Deum negat. Qui vero Atheismi inculpatio cum doctrina de diabolis eorumque fide conveniat, ne Argus quidem viderit. Ne enim Atheis diabolum annumeres vetat *Jacobus II, 19.* quo dicitur, *Deum esse, credi a diaboliſ.* Adeo dissolutæ sunt criminationum scopæ. Ipsiſ ergo inferorum portis, quidni adductis criminationib⁹? quam haec tenus proposui, doctrinam opponimus, oppugnari quidem, non expugnari posse certissimi. Qui enim per rerum naturam fieri potest, ut *Atheus* sit, qui Deum non docet tantum, sed & veretur eumque mali vindicem, justissimum, sanctissimum? Qui Epicuri de grege porcus sit? Qui ad justitiæ divinæ tribunal, ne optimas quidem hominis actiones confistere posse, non docet tantum, sed propugnat? Summuim, quem quis contingere virtutum apicem possit consecutum, nihilo tamen minus peccatorem constitui; sententiam damnatoriam mereri; imo damnatum & ad infernales flammæ detrusum iri, extra Christum si fuerit, qui docet; illene vel *Atheus*, vel Epicureus audiet? Illene inquam Epicureismo faveat, qui expresse docet aliena etiam hominis nempe peccata

peccata in Vade sanctissimo eodemque Dei filio, ipso  
Deo tam graviter non punita tantum, sed propter ju-  
stitiae divinae rigorem necessario punienda fuisse? Num-  
quid non optima pietatis excolendae operuntur pleno  
ex recitatis alveo fluunt? *Certe qui filium propter aliena  
peccata tantis onerat paenit, peccatori non connivebit,  
tantam negligentem gratiam?* Paulus ita terminos  
colligit, *Hebr. II, 3.*

§. 3. Ne quæsto excipias, fidem in primo justificationis actu, operosam esse, qui negat eandem cum malo stare proposito assertit. Hanc esse ad Epicureismum  
tandem Atheismum viam. Ασυλλογισται enim logi-  
corum cognoscunt pueri. Quasi vero, quæ nondum  
operator fides, malo grava proposito sit? Quasi ma-  
lum propositum, ad operationes animi internas, ad vo-  
luntatis decreta non pertineat? Quasi qui malum ope-  
ratur, non operetur. Imo eo ipso, quod plane  
non operatur, malo operari nequit.. Malis nimirum  
operibus nuncium misit, qui Christum sibi donari  
patitur. Ab omni ergo male agendi proposito ab-  
stinet. Bene non operatur, inquires. Imo operator  
simil ac vita instructus est Evangelica. Quasi tu, si-  
ne anima agendi principio, agendi haberet non fa-  
cilitatem tantum; sed & actum, quem vocant secun-  
dum. Neque tamen quantulumcunque inest fidei, id  
otiosum est. Verbum operator in intellectu, in vo-  
luntate. In illo notitiam & assensum; iꝝ hac con-  
tritionem, odium peccati, desiderium ex suis malis elu-  
ctandi. Convincit conscientiam, extorquet suspiria,  
proponit & media salutis & spem impetranda. Sic  
fiduciae quasi somes ponitur, ut, utraque parte con-  
flet;

stet pœnitentia. Numquid hæc sanctissimi Spiritus opera nulla sunt? Hæccine cum malo stare proposito posse putas? Hæccine ansam Epicureismo suppeditant?

¶. 4. *Hæc, inquis, bona sunt opera, quæ fides profert operosa. Hæc te poscere dicis. Confessione propria me victum clamas. Bona verba quæsto. Actiones sanctissimi Spiritus in his deprehendo, veneror. Hominis opera non invenio. Medicus agit, ut letali decumbens morbo sanetur, æger patitur, neque quidquam, huic fiai consequendo, confert præter passionem. Optat sanitatem ante, quam sanetur, non sanat. Accipit medelam; non facit. Lenito parumper, vel medicamine, vel solamine medici dolore spem surgere sentit; non efficit. Neque quidquam horum cum hominis fani operibus conferendum est. Eadem est contriti conditio. Suspirare, anhelare opem, qua sine nihil boni operari potest, incipit. Bene nondum agit; sed patitur. Uter Epicuro propior? Tunc, qui tantillum hoc, quod homini in hisce motibus competit opus vere & spiritualiter bonum esse & tibi & aliis persuades? An ego, qui hæc longe minora puto, quam ut in operum vere bonorum venire censum possint? Uter Dei justitiam magis extollit? Tunc qui extorta dolenti suspiria hominis opera ex sua natura vere bona putas? An ego, qui pro talibus haberi non posse statuo? Tunc, qui sanctitatem Dei tantilla hæc aliquo tamen numero habere doces? An ego, qui hæc non absolute quidem displice-re Deo; pro vere bonis tamen non haberri propter sanctitatis & justitiae divinæ infinitatem statuo? Uter*

gratiam Dei altius effert? Tune? Qui in his hominis celebras actionem, an ego? Qui quicquid horum est, ad gratiam operantis in homine Spiritus medicam; ad hominis vero non actionem, sed passionem referto, neque ab homine, sed in homine medentem Spiritus operam sentiente fieri contendō?

§. 5. Atque hæc ipsa, quantum Spiritui S. defēramus honorem, evincunt. Qua ergo fronte negati Spiritus S. postulamur? Et personam, & officium sanctissimi Spiritus venerantes nihil boni in nobis, ante conversionem & justificationem statuimus? quicquid vero boni potuerit deprehendi, Spiritus esse sollius opus, contendimus. Utrum vero, ab injuria Spiritui S. illata liber sit, qui partem operis minimam, agendi nimirum principium & impulsū, Spiritui S. maximam autem homini, actionem nempe ipsam ejusque bonitatem ante justificationem ante inhabitantis Spiritus gratiam adscriperit, cordatis iudicandum relinquo. Nimirum justificatis demum Spiritus renovationis datur; seu ut cum Huttero sub anno 1609. allegato loquar. Cum persona jam est justificata, tum etiam per Spiritum S. renovatur & sanctificatur. Ita A. C. Art. XX. ad quem provocatur: Primo de remissione peccatorum, dein de Spiritu renovationis dicit: *Tantum fide apprehenditur, in quibus remissio peccatorum & gratia. Et quia per fidem accipitur Spiritus S. jam (h. e. accepta remissione peccatorum) corda renovantur p. 18.* Qui ergo ante renovationis Spiritum acceptum bene operatur, sine Spiritu operetur necesse est virtute sibi inhärente propria,

pria, quamvis forte ab eodem Spiritu monitus & impulsus ad bene operandum se applicuerit.

§. 6. Quis vero tantus est Argus, ut videat, quare per nostram de fide operosa doctrinam Christum abnegemus? Num quid ergo extra Christum salvari querit, fidem in actu justificationis primo operosam negans? Imo *non nisi* per Christum *eundemque solum*. Omnia nobis & in omnibus *Christus est ut Paulus Col. III, ii.* Quæ ergo, præterquam in convicio, objectionis est connexio? De se dispiciant, qui fidem *ante* apprehensum Christum operari posse, & in ipso justificationis actu primo jam operosam esse sentiunt. Necessitas hos adigit, ut fidei vitam non in Christo, sed in suo habitu ponant. Hanc Spenerus sententiam exclusit. Neumannus jugulavit. Blumbergius, quem humanis interesse rebus diu jubeat supremus rerum arbiter Deus, confecit. Eandem Theologorum Vitembergensium, qua vivorum, qua mortuorum testimoniis incrustatam redire in scenam non sine cordolio videmus. Ita enim nuper sententiæ Spenerianæ hyperaspistes celeberrimus: *Dass der Glaube eine lebendige Kraft in sich habe, die er NB. nicht erst aus der zuversichtlichen Ergreiffung Christi herleite, sondern aus der Würkung Gottes durch das lebendige Wort Ebr. 4, 11. als einem unvergänglichen und ewigen Saamen 1. Petr. 1, 23. erhalten, dadurch er vermag so wohl das Verdienst Christi zu ergreissen, und daraus seine Stärckung zu ziehen, und die Gerechtigkeit, die vor GODDE gilt, zu erhalten, als auch Gott und den Nächsten.*

zu lieben. Et eodem interprete: So muß er ja schon an und vor sich eine lebhafte Krafft seyn, ehe er noch das Verdienst Christi ergreisset, und sich zueignet. Denn sonst könnte er auch dieses Ergreissen und Zueignen nicht thun. Nicht zu gedachten, daß es eine Contradictio sey, daß der Glaube sich soll das Verdienst Christi zueignen, aus dessen Zueignung er allererst lebendig werden solle, da er doch schon zuvor lebhafte Würckungen verrichten solle. His vivit & operatur fides. His potest potestate & Christum apprehendendi activa, & justitiam coram Deo valentem consequendi Deumque simul & proximum amandi, *sine Christo, extra Christum, ante Christum*. O fidem non fidem! Pauli fides talis non est. *Vivo ego, inquit, verum non ego, sed vivit in me Christus.* Quicquid enim vivo fide filii Dei vivo, Gal. II, 20. Christus enim mihi vita Phil. I, 21. in eo, qui me confortat, omnia possum. Phil. IV, 14. Ita credenti omnia & in omnibus est Christus Coll. III, 11. Hæc ῥχναι sed εὐχεισω ut sit εὐεργεγμεν δι', αγαπως Gal. V, 6. Illa vero, quæ ante Christum apprehensum vivit: *Vivo, inquit, ego, non vivit in me Christus.* O fidem non fidem! Aliam fidem libri inculcant Symbolici: *Observandus est ordo*, inquiunt pii Majores, *inter fidem & bona opera, inter justificationem & renovationem s. sanctificationem.* Bona enim opera non præcedunt fidem, & sanctificatio non præcedit justificationem, sed primum in conversione per Spiritum S. fides ex auditu Evangelii in nobis acceditur. Illa vero apprehenditur gratiam Dei in Christo, qua persona justificatur. Cum vero persona jam

*jam est justificata, tum etiam per Spiritum S. renovatur & sanctificatur. Ex ea vero renovatione & sanctificatione deinceps fructus, hoc est bona opera sequuntur, F. C. p. 692. n. III. Vivam ergo pariter atque operosam fidem Ecclesia γνωστως Lutherana & docet & postulat & defendit. Neque est enim nostris, qui cum bille, contra operositatem fidei pugnet. Calumnia est, qua impetumur. Operositas tantum a circa justificationis ejicitur. Operositas ad renovationem pertinet & sanctificationem. Ex hoc articulo tantum non ejicitur, sed eidem operose afferitur & vindicatur, conf. Aphor. XV. XVI. XVII. XVIII. XIX.*

§. 7. Neque nubes illa Theologorum Vitembergensium collecta aliam docet fidem. *Færsterus in Ef. LXI. Christum dicit arborem vite, per hanc vivit fides. Ex hac arbore accipit δυναμιν Φυτικην primo, deinde fructus, quibus haec fide exerit. Neumannus ευτελεχειαν fidei ab ενεργειᾳ distinguit. Hunnius B. O. dicit adjunctum effectum fidei, quo non vivit, sed NB. vitam declarat. Hülsemannus inter fidem secundum se, & in relatione ad nos consideratam distinguit. Omnes B. O. ad renovationem, nemo ad justificationis circum refert. Nemo cum justificatione renovationem confundit, sed omnes tanquam antecedens cum consequente connectunt, & quidem arctissime. Haec vera est vera Ecclesiae confessio. Eandem summe Rever. Schräerus Prof. Theol. Vitembergensis Senior longe meritissimus constanter tenet. Rogatus enim a me, cum Viro mihi faventissimo adesse, num eam sententiam censura sua comprobaverit, quæ fidem eo, quo primum justificat, momento operosam statuat,*

negavit & pernегavit. Injuriam sibi fieri contestatus est ab eo, qui testimonia Theologorum Vitembergensium de hoc doctrinæ capite collegit. Neque se suspicatum disputationis auctorem tum temporis hanc pectore conditam tenere sententiam. Sensus suum esse, fidem, quæ justificat, eandem esse, quæ justificatione accepta operibus se vivam demonstret, eandem tamen neque qua operosam justificare, neque tunc operantein. Vera enim & orthodoxa, dicebat, est sententia: Fides, quæ in ampliatione est operosa justificat, h. e. Fides, quæ NB. post justificationem est operosa, justificat, *Jac. II, 20.* Sed non quatenus est operosa. Falsa vero hæc est opinio: Fides quæ in statu est operosa, vel quæ in actu justificationis, quæ vocatur prima, opera habet præsentia, justificat. Quam nunquam meam feci, nec faciam. In ipso enim justificationis actu fides non datur operans, nendum operosa, sed patiens. Ino de hoc schediasmate edendo consultus ut hanc sibi factam injuriam, simul & doctrinam suam publice exponerem, rogabat. Quid ceteri, si caput tollerent, Theologi dicturi sint, facile est collectu. O pietatem, quæ defunctos pariter & vivos Theologos injuriis afficit tam vehementibus. Deus meliora !!! Perstat interim & perstabit vera Ecclesiæ doctrina. Ex hac recte colligitur (n. 1.) fidem justificantem esse vivam, sed *in Christo & per Christum apprehensum*, non ante ejus apprehensionem, conf. Aphor. XV. XVIII. Nec minus (n. 2.) recte sequitur, *aliam esse fidei potentiam*, quæ Christum *passive* primum, dein & active apprehendat; *aliam* quæ bonis operibus se declareret. Observandum tamen, fidem in  
justifi-

justificatione, *non agendo, sed patiendo*, Christum accipere. Accepta autem justificationis gratia, sibi unitum, in sanctificatione, firmiter & active Christum tenet non tantum, sed & bene operatur secundum *Aphor. XVII. XIX.* Eodem modo conceditur, quod (n. 3.) elicitur, fidem sine bonis operibus esse non posse, *Aphor. XIX.* Accurate tamen docendum, *ante Christum*, in ipsa justificatione, *acceptum, fidem non esse completam, vivam, animatam per Aphor. XIV. XV.* Quantulumcunque tamen, Medica Spiritus S. manu, fidei in homine procreatam fuerit, id ipsum pro conditione sua vivum deprehendi, per *Aphor. XIII. XIV.* Opera tamen vera bona, ante acceptam justificationis gratiam, præstare non posse per *Aphor. XIX.* Atqui hæc sunt, quæ ex vera de fide doctrina fluere porisimata suis circumscripta limitibus non concedi tantum possunt, sed necessaria esse docentur.

§. 8. Quæ supersunt consecaria, altioris sunt indaginis. Quod enim (n. 4.) colligitur, fidem, eo, quo justitiam Christi apprehendit, *momento*, quin bene operetur, non posse, non ita crude ponendum est. Præcedit sanctificatio sanctificationem. Ergo fides *eodem*, quo Christus apprehenditur *momento*, prius accipit Christum, quam bene operetur. Neque per humanam imbecillitatem, simul animari a Christo, Christumque accipere potest, & bonis studere operibus. Aliud est *εὐτελεχεία*, aliud *εὐεργεία* fidei. Aliud vita, aliud *δυναμις Φύτικη*, aliud ejus effectus. Ipse effectus & *εἰεργυησιν* complectitur, & *εὐεργυησιν* per *Aphor. XVIII.* *Εὐεργεία* & *δυναμις Φύτικη*, actus signatus bonorum operum, inest ipsi *forma fidei*, simul

in & cum justificatione acceptæ, per Aphor. XV. XVIII. Succedunt ε εργοτεις & ενεργηματα, actus bonorum operum exercitus, eopse tamen momento, per Aphor. XIX. Ordine ergo, & tempore, *indefinito quamvis*, justificatio præcedit bona opera, in homine *primum justificando & converso*. Omnia enim & singula Opera, vere bona, sunt αποτελεσματα, quæ a Spiritu Christi simul, & homine Θεε συνεργω, producuntur. In his Deus agit & homo. Singuli, quod suum est, cum communicatione alterius. Quemadmodum vero τις Θεανθρωπος αποτελεσματα non sunt, nisi unione & communicatione naturarum pariter & idiomatum præcedente; sic bona non fiunt opera, ab homine credente, nisi Christo apprehenso & spiritualiter unito, confidomino B. Philipp. Nicolai de *Omnipräsentia Christi L. I. c. IV. & cap. VI. n. 2.* Cum vero vivus sit, qui passim apprehenditur, Christus eodem, quo donatur in momento, bene operari quis dubitat? Qui contra adserit, vel aliquod temporis dari punctum affirmat, quo fides vera bene non operetur, *furenter delirat*, quod B. Deutschmannus pathetice scripsit. Hoc tamen assertum non prohibet, quo minus Pii Majores recte docent: *Quod homo peccator, coram Deo justificetur, h.e. absolvatur ab omnibus suis peccatis, & a judicio justissimæ condemnationis, & adoptetur in numerum filiorum Dei, atque haeres æternæ vita scribatur, sine ullis nostris meritis, aut dignitate & absque ullis præcedentibus, præsentibus, aut sequentibus operibus F. C. p. 684.* Huc referendum est quod Paulus scribit, Abrahamum coram Deo justificatum esse *SOLA FIDE*, propter Mediatorem *SINE OPERIBUS*, idque non tan-

tantum, cum primo ab idolatria conversus **NULLA BONA OPERA HABERET**, sed etiam cum **POSTEA**, per Spiritum S. **RENOVATUS**, multis præclaris operibus ornatus esset, F. C. p. 690. Alia enim est nunc demum *conversi*, alia *renovati* conditio. Ille justus pronunciatur & fit, justitia Christi imputata ante, quam bene operari poscit. Hic bonis operibus ornatus indies remissionem peccatorum in fide stans accipit, sine intuitu operum, quæ habet, præsentium. Hæc causa piæ concordiæ auctores adegit, ut tanquam falsam & erroneam doctrinam rejicerent propositionem, qua dicitur: *fidem non justificare sine bonis operibus* -- *& absque eorum præsentia hominem justificari non posse*, Epit. p. 587. Rejecta si doctrina erronea est & falsa, vera erit contradictionia: *fides justificat sine bonis operibus χωρις εγγων*, Rom. III. 28. *& absque præsentia bonorum operum homo justificari potest*. Id assertum & probant & explicant celeberrimi auctores der fortgesetzten Sammlung Anno 1729. p. 91. immassen ja unsere Theologi, de sola fide, nur in articulo justificationis reden, auf welche justification sogleich sanctificatio folget. Jene ist natura, ordine, origine, tempore indefinito eher, doch daß diese augenblicklich folget, und man kein punctum mathematicum (dazwischen) setzen kan noch will. conf. B. Wernsdorff. pref. Suppl. ad Haepfn. de Justif. p. 25. sqq. Hos omnes furenter delirare qui scripserit, sibi a furore caveat. Qui vero ex testimoniorum farragine, quibus nexus inter fidem & opera necessarius convincitur, operum in *circo justificationis*, præsentiam collegerit, plus in conclusione ponens, quam

I 5

fuerat

fuerat in præmissis, ασυλλογισταν committit, & plurimum quæstionum fallacium.

§. 9. Quod(5) loco colligitur, simul cum fide spiritum renovationis dari, id verum est. Falsum autem, quod hinc fluere fingitur, operum nimirum, in circo justificationis, praesentia necessaria. Idem spiritus qui regenerat, renovat. Idem, qui fidem operatur, operatur & sanctificationem. Quemadmodum autem definitio regenerationis, renovationi non competit; ita & hi actus diversi sunt, quanquam cohaerentes, sed mediate, non immediate. Justificatio inter utrumque intercedit. Eodem temporis articulo fiunt, sed justificatio ut ordine, origine, tempore quanquam indefinito regenerationem sequitur; sic justificationem renovatio. Hæc observatio facit, ut renovationis mentio causam antagonistæ non juvet, sed jugulet.

§. 10. Discriben inter diaboli fidem, & eam, que vere credentium est & justifica (n. 6.) statutum video; fidei operositatem, caritatis opera. Addendum est, Hülsemanni monitum, in relatione ad nos. Vita fidei, secundum se considerata, CHRISTUS est, (ο Θεος υπας συνεχω ποιησε τω χριστω, Eph. II. 4. 5.) Ex ejus praesentia & apprehensione, fides vera in se, distinguitur, a mortua impiorum simul & diaboli fide. Non ergo sola caritas specificam, ut ita dicam, ponit inter utramque differentiam, conf. Aphor. XX. XXI. XXII. Imo quamquam, a caritatis absentia, ad fidei absentiam recte colligatur, in hominibus adultis sui consciis; minus tamen recte in infantibus, dormientibus, deliquiis passis, cum morte conflicantibus &c. procedit

con-

consecutio. Et ab operum charitatis præsentia, non nisi præsumtive, & in Ecclesia colligitur, probabili antecedentis cum consequente nexus. Dantur nimirum & caritatis opera, inter Ethnicos, & hypocritarum plurimi hoc pietatis schemate suam tegunt malitiam. Adeo falsum est, quod sola fidei operositas, a diaboli fide, distinguat.

§. II. Everso nunc fundamento perquam ruinoso, mole ruit sua Colossus in præcipitum datus. Sententia scilicet *de fidei vita ante Christum acceptum*. Injuria est, quæ in Christum redundat; quæ Christum fidei esse vitam negat; quæ vivacitatem aliunde, quam ex Christo haurit; quæ sine Christo & ante Christum, bene operatur; quæ Scholaisticis blanditur, & Melodio p. 91. amorem Dei & proximi sine Christo possibilem statuentibus. Neque video, qui cum *meletemate de fide operosa*, conciliari sententia possit. Passive ibi Christus in justificatione apprehendi, recte statuitur. Hie *passione in actionem mutata*, operositas fidei ex apprehensione, seu facultate activa, quæ Christus nondum apprehensus, apprehendi possit defensitatur. Passio nostra vitæ causa non est. Id autem, quod patiendo accipimus, quod nobis donatur CHRISTUS ipse, nobis vita est, conf. Aphor. XV. Si quis apprehensionem, qua actio nostra est, fidei suam tribuere vitam contenderet, perperam sentiret. Recte perperam sentienti os obturaretur. Ex effectu ad causam colligi quidem; causa tamen oriri non potest. In *passiva apprehensione*, non ex apprehensionis actu, sed ex Christo apprehenso, effectus fluit. Quod cum negatur, Christo de-

detrahitur. Nemini Theologorum id unquam in  
mentem venit præter eos, qui nuper aliam inierunt  
rationem, Majoristas, Interimistas, Synergistas, &  
Calixtinos, eorumque vel socios, vel discipulos secuti.  
Tantum abest, ut ex allegatis testimoniis fluat. Judi-  
cent ergo cordati omnes, judicet Ecclesia vera, uter  
Christum magis honoret. Ille ne? qui vitæ spiritua-  
lis principium, causam, formam in Christo, an vero  
ille? qui in hominis sive habitu, sive potentia ponit.  
Ille ne? qui ante Christum, vitam fidei jam existere,  
an ille? qui non sine, sed cum Christo adprehenso,  
& in Christo, eam consistere docet. Ille ne? qui  
ante Christum, adeoque sine Christo, bene agere  
hominem statuit; an vero ille? qui, quod Christus  
adserit, docet, *sine Christo nihil potestis facere!* Job.  
*XV, 1 - 8.* Imo Papistæ, Socinistæ, Arminiani,  
Schwenckfeldi affeclæ, Fanatici, Synergistæ &c. de-  
cernant, uter eorum placitis propior accedat, illene,  
qui quod *Paulus: non operanti Christi imputari justi-  
tiam, Rom. IV. 5.* docet? an ille, qui *non nisi operanti,*  
imo quod magis est, *operoso?* Evolvatur Ministerii  
Tripolitani abgenöthigte Lehr- und Schutz-Schrifft,  
P. II. p. 437. 683. &c. & videatur, quid hoc colle-  
gium sentiat de expressionibus Hoburgi, ein solcher  
lebendiger, thätiger Herzeng-Glaube, so die Liebe  
Gottes empfahet, und ins Herz bringet, wird so  
grosse Seligkeit allein zugeschrieben, Postill. Myst.  
P. II. p. 222. aliisque ex Theol. ejus Myst. p. 261.  
allegatis. Errorem sic cognoscet suum, qui eo deti-  
netur.

§. 12.

§. 12. Supereft, quod opinionem, *de fide ante Christum operosa urget, incommodum.* Datur per hanc sententiam homo fide vivens, Deum amans & proximum ante Christi apprehensionem adeoque ante justificationem. Quid? si contingat hominem ita credentem Deumque amantem & proximum ex fide viva & per charitatem operosa antequam Christo uniat, & justificetur mortem oppetere? Salvaturne talis? Tum est, qui Christo non unitus, non justificatus adeoque extra Christum constitutus salvetur. Damnatur ne talis? Tum vera & viva, & operosa fide credentes, & in ea morientes, cum Papistarum fidelibus fornicariis adulteris perire possunt. Quod qui negaverit hypothesi allegatae favens necessum est, ut aliud post mortem dari remedium statuat novumque vel Papistarum, vel Fanaticorum purgatorium concedat, vel novum struat adeoque errorem errore augeat, nisi forte non justificatum fides post mortem justificet. Sed vero hanc elabendi rimam Aphor. XXIX. occlusit.

§. 13. Exceptioni: *An ergo, mortuam justificare fidem,* statuimus, Aphorismus XIIIX. satisfecit, & toties responsum, quoties in CHRISTO apprehenso fidei vita est posita. Eadem actione, qua Christus fidei applicatur, vita datur fidei simul & justitia coram Deo valens. Ne ergo indefinitum quidem tempus, quod justificationem intercedit & sanctificationem inter applicationem Christi & vitam fidei datur. Imo, ne ordine quidem differunt hæc *χαρισμata.* Unum sunt idemque. Nullum ergo excogitari

gitari potest momentum, quin fides justificans sit vi-  
va. Viva *in se*, viva *in relatione ad Deum*. In re-  
latione *ad nos*, nisi per opera vitam monstrare non  
potest. Hæc vero non fiunt, nisi accepta justificationis  
gratia, cum applicatione Christi conjunctissi-  
ma, per Aphor. XIX. operandi tamen potentia *ενεργεία*  
actus primus signatus in ipsa applicatione Chri-  
sti, est situs, quod sèpius inculcavi, ut repetere tæ-  
diosum sit. Sic fides triumphat viva. Sic operosa  
est suo ordine, sic nihil nobis, qua nobis, omnia  
Christo tribuuntur. Sic omnia, & in omnibus, Chri-  
stus, auctor & consummator fidei, vitæ & fons, &  
forma ipsa. Sic impietati occluditur via, sic hypo-  
crisi. Qui vero quamcunque boni speciem pro ope-  
re vere bono, vel intuentur, vel obtrudunt ab hypo-  
crisi a superbia, quam vocant spiritualem a contem-  
tu proximi a fastu Pharisaico sibi caveant. cf. 1. Joh.  
V, 4. 5. Gal. V, 20. &c. 2. Cor. III, 5. Col. III, 11. Hebr.  
XII, 2. Joh. XIV, 6. XV, 1. -- 8. Gal. II, 20. Phil. I,  
21. Gal. IV, 19. 2. Tim. III, 5. Luc. XXIX, 9. -- 14.  
Matth. VII, 15. seqq. Matth. III, 10. Joh. V, 26. XI,  
25. 26. VI, 49. seqq.

§. 14. Neque vereor, ne Antinomorum aliquis  
bac se tueatur doctrina. Opera, ad legis normam  
instituta, tanquam fructus ex vera fide accepta justifi-  
cationis gratia non propullulare non posse Aphor.  
XIX. expresse docuit, atque ex instituto. Eadem  
jam jam repeto doctrinam toties inculcatam. Quid  
hæc ad Antinomorum furorem? Neque sannæ qui-  
bus post justificationem quasi elapsam opera demum  
sequi,

sequi, ex hac doctrina illudimur, me movent. Alius est justificationis, scilicet remissionis peccatorum actus; alius justificatorum status. Deus peccatorem absolvit. Hunc actum divinum sequuntur bona opera non ideo, quod peccata remissa sunt, sed quod ob adplicatam Christi justitiam haec peccatori gratia contigit, ut bene operari possit. Exinde status justificati adparet. Habet in Christi obedientia legis impletionem exactissimam. Habet in Christi satisfactione λυτρόν absolutissimum. Atqui haec in ipso justificationis actu Deus intuetur. Post acceptam hanc gratiam Justificato sua propria est felicitas justificationis status. Ab hoc ne excidat cavit per studium bonorum operum. Haec ut peragat CHRI-  
STVS facit μορφωθεις Gal. IV, 19. In hoc statu justificationis existens bene operatur, imo non bene operari non potest, donec in eo permanenterit, i. Job.  
III, 9. c. V, 18. Quid hic collusionis cum adversariis Papistis, Socinistis, Antinomis, Fanaticis? Quodnam hic vestigium fidei diabolicæ? Quid ergo tantis impetrimus criminibus? Quid tam horrendis onerarum imputationibus? Si iste est Theologi amoris legem implentis amor, quin justificationem vel antecedat, vel sequatur nullus dubito. Ista operositas adprehensione Christi non indiget. Ad eam legem, ne adversariis quidem nostris retribuemus multo minus in celeberrimum Virum animadvertemus. Licebit tamen paratragœdiari tantisper, ut quæ incommoda, ex sententia ejusdem Auctoris de fide beatorum justificante sequantur pateat.

§. 15.

§. 15. Vera & justificans quidem fides, & qua talis, clypeus nobis est contra insultus satanæ, contra morsus conscientiæ, contra damnationem legis, contra iram divinam, ne pudefiamus coram tribunalii divino. Vera & justificans quidem fides, qua talis peccatorem juvat perfecte boni nihil, peccatorum affatim posidentem, neque in statum innocentiae cadebat, quo nulla peccati moles protoplastos premebat. Vera & justifica fides, *justificato* ideo necessaria est, ne acceptam peccati remissionei amittat, cum quæ ipsi, quamvis renovato, inhæret justitia imperfectissima, peccatorum vero remissio, adeoque justificationis continuatio, singulis momentis eo magis necessario sit, quo magis accepta justificationis gratia amissibilis est. Ea si, & beatis cœlitibus, est necessaria, vel beati non sunt, vel quæ ipsis competit, beatitudo multo minor est, quam protoplastorum, imagine divina ornatorum. Nondum enim peccati deposuerunt miseriam, nondum sanata plene conscientia, Deo perfectam præstare obedientiam possunt; nondum plenam, de satana reportarunt victoriam. Perit ergo simul Scripturæ S. atque ipsius sospitatoris veritas; perit regnum gloriæ, perit spes nostra, perit ex promissione futuræ vitæ, hausta hactenus consolatio. Ubi ergo βραβεύονται est, quod illos manet, qui bene pugnarunt? qui ad metam venerunt? qui coronam sibi justitiæ repositam putabant? In pugna æternum standum. Lapsus ergo & seductionis periculum nunquam non terrebit. Ubi promissum pacis domicilium? Ubi ισαγγελια? Numquid illa est felicitas, quam nec oculus vidit, nec auris audivit?

Num-

Numquid hæc est imaginis divinæ per lapsum amissæ restauratio perfectissima? O miseros homines, qui ne in regno gloriæ constituti quidem, plene renovati, plene sanctificati, plene ab omnibus periculis liberati sunt! Qui in æternum tribunal vereri divinum debent, indies ut in regno gratiæ justificandi, indies imo in æternum justificandi, nunquam plene justi! O miseros homines, quibus post diem decretorum alias in æternum constituitur, quibus iudicium extreum non est extreum! O periculosam doctrinam, quæ tot anfractibus ipsos etiam beatos implicat: gratiæ & gloriæ regnum confundit; spem, qua sub cruce pressi sustinentur, pessundat!

§. 16. Neque tam facilis est objectionum solutio. Ea ipsa, quæ fidei justificanti competit, in Christo acquiescentia post acceptam remissionem peccatorum quotidianum est contra morsus conscientiæ coram tribunali divino remedium; contra ignita satanæ tela clypeus; tot procellis jactitato solamen, portusque non visi hactenus, certo tamen adeundi documentum. Quibus circumsepti circumstantiis si non essemus, non magis hac indigeremus fidei justificantis parte, quam protoplasti in statu innocentiae constituti. Hic ipse ergo fidei nobilissimus actus, miseriæ nostræ est index. Aut ergo miseria superest, Christo non viso, sed credito tantum, superanda, aut hæc ipsa acquiescentia non erit. Ipse enim Christus, nisi misero peccatori perfugium præstat, neque ulli nisi imaginis divinæ privo suam justitiam

K

com-

communicat. Quæ præterea huc pertinere videntur, vid. *Aphor. XXVIII.* expedita. Sed vero hanc esse celeberrimi Viri sententiam tantum abest ut statuam, ut meliorem ipsius esse mentem certus sum. Neque odiis certabo Christiano nomine indignis. Neque par pari, criminationem criminatione, injuriam injuria referam. Neque vereor, ne quis beatorum, quam de Satana reportavit, victoria denuo excidat, aut novis periculis exponatur. Monstrare tantum sine bile volui non prævisas, ex præmissis non satis ponderatis, consecutiones. Exemplo docere volui, non ignotas esse artes, quibus in suspicionem abripi possent etiam insontes. Mihi vero hoc uti artificio, non est constitutum.

### חס ושלום וכבוד מערתו :

Christus, qui vere credentes in regno gratiæ sua justitia ornat, tradito vero Patri (juxta i. Cor. XV, 24.) gratiæ regno, (cujus armamentarium verbo & fide, Eph. VI. constat) suo insidentes throno, Apoc. IV, 21. æterna gloria beat, victoresque coronat, 2. Tim. IV, 8. inter tot Satanæ insultus, suam Ecclesiam & singula ejus membra, in sua veritate fideque justificet, sanctificet, conservet, protegat, beet! Illi honor & gloria in sempiterna secula. Amen!



INDI-

## INDICULUS APHORISMORUM.

- I. Fidem justificare scriptura docet. p.7
- II. Fides justificans, a fide, qua virtus est  
primi præcepti, curate est distinguenda. 11
- III. Fides, qua virtus, notitia constat & ad-  
sensu, neque semper fiduciam, interdum  
timorem habet conjunctum. 13
- IV. Fides justificans & notitia & adsensu &  
fiducia est instruenda. Si qua harum deest,  
justifica non est. 15
- V. Notitia articulorum ad salutem necessa-  
riorum, quamvis sola non justificet, a Spiritu  
S. tamen est excitata. 19
- VI. Præstitus veritatibus salutaribus adsen-  
sus non magis justificat, quam notitia sola,  
nibili minus tamen a Spiritu S. exci-  
tatur. 21
- VII. Fides historica, quamquam justifica non  
sit, salvificæ tamen, neque contradictorie,  
neque contrarie est opposita, sed subordi-  
nata. 25
- VIII. Fiducia ad fidem justificam adeo  
necessaria est, ut hæc sola justificet. 28
- IX. Fides justifica & fiducialis est eadem. 31
- K 2 X.

- X. Fides generalis & specialis sollicite sunt  
distinguendæ. 32
- XI. Fiducia etiam specialis non semper est  
justifica. 34
- XII. Alia est fiducia fidei, alia spei. 35
- XIII. Nihil est in fide justifica, quin sua ra-  
tione sit vivum. 41
- XIV. Quidquid bonorum motuum, in homine,  
ante fiducialem Christi apprehensionem  
fuerit, documentum est Spiritus S. ad  
vitam præparantis, excitantis, ope-  
rantis, subiectique ad accipiendam vi-  
tam, quadantenus præparati & habilis,  
adeoque ad vitam tendentis, non vero fidei  
jam vivæ. 42
- XV. Vera fidei justificantis vita in fiduciali  
apprehensione Christi, qui solus vita nostra  
est, incipit. 46
- XVI. Cum momento fiducialis adprehensionis  
Christi ipsa justificatio puncto mathematico  
arctius est conjuncta. 52
- XVII. Justificatio solius Dei actio est interna  
quidem, sed ad extra & judicialis, fidei-  
que ideo adscribitur, quia tum Christum  
passive adprehendit, cum peccatorum affa-  
tim, operum vero bonorum nihil, possidet  
justificandus. 54
- XVIII.

XVIII. Neque tamen, nisi per calumniam,  
fides justificans mortua dici potest. 63

XIX. Vita simul, in  $\Sigma$  cum justificatione ac-  
cepta fides eodem momento, per interna  
primum, deinceps externa opera, se exerit,  
neque unquam a bene operandi studio in  
homine sui conscientia remittit, ut vel in ipso  
tentationis momento fidei veritas inde pro-  
bari posset. 68

XX. Mortua fides non ideo tantum dicitur,  
quia bona non fert opera, sed quia ne potest  
quidem, amissa, quam habuerat, vita. 73

XXI. Inter mortuam impiorum  $\Sigma$  diabolicam  
fidem magna est differentia, quamvis in eo  
conveniant, quod utraque bonorum operum  
studio  $\Sigma$  solida consolatione careat. 76

XXII. Multa convertentis gratiae χαρισμata  
etiamnum posidet, qui fidem habet mor-  
tuam. 80

XXIII. Fide mortuum  $\Sigma$  theoretice illumi-  
natum esse, non implicat. 82

XXIV. Practice, qua singulas officii partes,  
illuminatus non est, nisi justificatus in  
statu. 85

XXV. Justificatorum in statu talium cha-  
racter est fides operosa, non justificando-  
rum,

rum, aut in primo justificationis actu constitutorum.

91

**XXVI.** Fides operosa non est character Ecclesiae Lutheranæ.

98

**XXVII.** Nullius fides tam operosa est, quæ preceptis divinis exakte servandis vel impletandis sufficiat.

103

**XXVIII.** Fides justificans χαρισμα est viatorum, non comprehensorum, regnoque gratiæ proprium, non gloriæ.

116

**XXIX.** Hæc de fide doctrina non Epicureismo tantum & Atheismo, sed & Phariseismo & Papismo, nec non Arminismo & Socienismo, nec minus hypocritis, Antinomis, & quibuscumque aliis de fide perperam sentientibus constanter est opponenda.

125







754945

ULB Halle  
003 129 675

3




*Slaw*

*R*



B.I.G.



NEXUM  
pariter atque  
DIFFERENTIAM  
**VIVAE**  
ET  
**OPEROSAE**  
**FIDEI,**  
AD CONFIRMANDAM  
VERITATIS EVANGELICÆ  
**ΑΚΡΟΠΟΛΙΝ,**  
amovendamque  
ab Ecclesiis γυναις Lutheranis,  
**FIDEI**  
**MORTUAE**  
vel suspicionem vel inculpationem,  
ex SS. Lit. Pandectis & LL. Symbb.  
demonstrat  
**JOANNES JACOBUS Janßen,**  
S. S. Theol. D. Past. & Sup. Haynæ-Comitum.  
DRESDÆ & LIPSIÆ,  
In Officina Hilscheriana, 1730.